somnis ⁊ nō in vigilia. sicut pastorib⁹. marie ⁊ za charie. Ñdek. ꝓma rō est ſm Chriſ. q⁊ fuit vir iustus ⁊ valde fidek. ⁊ iō nō indigebat maifesta reuelatōe. sicut pastores q̄ rudes erāt. ẏgo aūt indigebat q̄si in ꝓmo de maximis instruēda. Silr ⁊ zacharias indignit q̄ nō ita credul⁹ fuit. vt ptz Lu. j. Scōa iuxta Remigiū. ꝓ hoc significaꝫ mystice q̄ illi q̄ a curis terrenis ⁊ secularib⁹ negocijs vacāt ⁊ reqescūt. angelo⁊ custodiā merēk ⁊ visiones adesse. Et tales ꝑñt dicere cuz ſpōsa Cañ. v. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Tercia rō. in ꝟ recōmēdaꝫ diligentia ioseph. Vñ credendū est q̄ tpe nocturno valde occupauit se quō digne xp̄o ⁊ mr̄i bene dicte posset famulari. intantū etiā q̄ in tali obdormiuit. Et ec sic dormiēte angel⁹ apparuit sibi dicens. Surge ⁊ accipe puer⁊ ⁊ mr̄em eius. Chriſ. sup Math. Nō dixit. accipe mr̄em ⁊ puer⁊ eius ꝫ ecōtrario. q⁊ nō ꝓpter mr̄em eius ascisciꝫ ꝫ ꝓpter puer⁊ mr̄ addita est. ¶ Nota q̄ illud ꝓsortiū triū ꝑsonaꝝ scz iesu marie ⁊ ioseph. legiꝫ pluries simul fuisse. Dño illō ꝓsortiū inuenik in stabulo i bethleem. Lu. ij. Pastores inuenerūt mariā ⁊ ioseph ⁊ infantē positū in ꝑsepio. Scōo in effugiendo in egyptū sic hic. Tercio i redeūdo de egypto Mat. ij. Ecce angelus dñi apparuit in sōnis ioseph i egypto dicēs. Surge ⁊ accipe puerū ⁊ mr̄em eius. et vade in terrā isrl. defuncti sunt em̄ q̄ querebāt animā pueri. nob in exēplū. Siue em̄ herodez. i. diabolū fugias. siue de egypto. i. pctō redeas. siue in bethleē. i. in gr̄a'manead. ſp habeas tecū mariā. i. amaritudinē penitētie. ⁊ puer⁊ ihm. i. puritatē cōsciētie. ⁊ ioseph. i. augmentū vtutis ⁊ gr̄e. Sbdit. ⁊ fuge in egyptū. ¶ Sed di. q̄re in egyptū ⁊ nō in aliā regionē. cū inter oēs terras egypt⁹ magis ꝓtraria fuit ꝑp̄o suo. Ñdek ꝓmo in hoc oñdit mḡnā miscōiaz suā. q⁊ nō solū hostes suos misericordiē suscipit. ꝫ etiaz eos q̄rit. Vñ Chriſ. Recordatus dñs q⁊ nō in finē trasciē. iō misit filiū suum i egiptū vt daret illi mḡne recōciliatōis signū ⁊ ꝑpetue amicitie pign⁹. Scōo vt cultū idolatrie euacuaret ⁊ scripturā impleret Esa. xix. Ingredietur dñs egyptū ⁊ ꝓmouebuntur simulacra egypti a facie ei⁹. Vñ dicit Mat. de crāc. sup ꝟ euangelio q̄ eadē nocte dñs egyptū intrauit q̄ ꝑp̄s in de exiuit. ⁊ sicut nō fuit dom⁹ in q̄ nō iacebat ꝓmogenitū mortuū filijs isrl egredientib⁹. ita tūc nō fuit tēplū in q̄ nō corruisſz idolū. Et sic āmonitio angelica nō potuit bñ fieri in vigilia pasce sed magis post tēpus purificatōis marie. vt vult Aug⁹. Tercio voluit xp̄s fugere in egyptū. ad designandū gentiū susceptōem. iuxta illud Act. xiij. Vobis oportebat ꝓmo loqui ẏbum dei. ꝫ q̄m repulistis illud ⁊ indignos vos iudicastis eterne vite. ec ce ꝙertimur ad gentes. sic em̄ ꝑcepit nobis dñs. Et ꝓpter has rōnes ꝓncipaliter dixit angelus. fuge in egyptū. futur⁊ est em̄ vt herodes q̄rat puerū ad pdendū eum. Qui surgēs accepit puer⁊ ⁊ matrē eius ⁊ secessit in egyptū. Dicit Chriſ. Potuisset ioseph dixisse. O angele dei. nōne tu prediristi mihi. q⁊ qō nascek ex ea de ſpūsancto est. ⁊ quō iubes nos fugere. qūo filius dei añ hoiem fugit. aut q̄s liberet de inimicz si ⁊ ipe inimicos suos timet

Et ¶ Sciendū multiplici de causa fugere voluit. Primo ſm Chriſ. ꝓpter nature hūane ostēsionē. Nā si se occultasset vel ẏrute diuina se inuisibiliē fecisset. de veritate hūane nature ⁊ virtute diuina aliqui dubitassent. Scōo ſm Bedaz ꝓpter nr̄am exēplificatōem Joh. xiij. Exēplū em̄ dedi vob vt ⁊ vos ita faciatis. Futur⁊ em̄ sciuit q̄ ipe ꝑsequeretur i suis fidelib⁹. Vt igit licite rabiem ꝑsequētiū tpe possent declinare dedit eis exēplū ope silr ⁊ ẏbo Mat. x. Si ꝑsecuti vos fuerint i vna ciuitate fugite in aliā. Tertio nobis i ꝓsolatōem. Naz si fideles sui spūaliṫ nati deo fuerint ⁊ deo fuire inceperint ⁊ tūc tribulatōes ⁊ tentatōes statim euenerit. in hoc non debem⁹ turbari. ꝫ ꝓsolari. Vers. Quicūd diligiṫ a deo impugnaṫ a diabolo. ⁊ Augusti. Magna ꝓsolatio ē mēbris ex capite. Nam ipe dixit Jo. xv. Si me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑsequētur. vñ Hiero. In cunabulis etiā nō defuit iniquitas ꝓmens. ⁊ iusticia patiēs. Adhuc xp̄s in cunabulis erat ⁊ cogebāt eū fugere ⁊ exulare. Quarto fugit ꝓpter fidei ꝓfirmatōem. Si em̄ in tāt̄ena etate mortus fuisset q̄s credidisset puer⁊ tā puuluz nō loquentē. nō docentē. nō mirabilia opantē fuisse deū ⁊ hoiem. ⁊ volūtarie passuz ꝓ salute mūdi iō aug⁹ sup Joh. Poterat ñ occidi. nō ledi si vellz. fugit nō timore ꝫ dispēsatōe. oportebat em̄ eū ꝓ̄dicare ⁊ mirabilia facere ⁊ fidē publicare. iux̄ illō esa. lxj. Spūs dñi sup me euāgelizare pauperib⁹ misit me. Postq̄ ät illa fctā erāt volūtarie se ad passiōnē obtulit. vñ ipe dixit petro volēti eū defēdere. Mat. xxvj. Cōuert gladium tuū in locz suū. q⁊ oportet vt scripture impleaṅ q̄m sic oportet fieri. ideo aug⁹. Nō necessitate ꝫ dispēsatione q̄ pepēdit in ligno latuit i egypto. Seq̄tur i textu. Et esto tibi vsq̄ dū dicā tibi. futur⁊ est em̄ vt herodes q̄rat puer⁊ ad pdendū eum scz ꝙ mortē. Vbi aug. Putabat em̄ infelix tyrānus ꝓ aduentū saluatoris se a regali solio detrudendū. ꝫ nō erat ita. nō em̄ ad hoc venit xp̄s vt alienā gl̄iam q̄reret. ꝫ vt suaz donaret. nō venerat vt regnū terrestre arriperet. ꝫ vt celeste cōicaret. nō venerat ad ptātes ⁊ dignitates rapiēdas. ꝫ ad cōtumelias ⁊ iniurias ꝙferendas. nō venerat vt sacrum illud caput dyademate gēmato cozonaret. ꝫ vt cozonā spineam portaret. nō venerat vt constitueret sup sceptrum magnificus ꝫ vt crucifigeret illusus. Hec augustin⁹. Idcirco sine causa quesiuit eū ad perdendū. F ¶ Sed diceres. q̄diu fuit ibus in egypto cum egyptijs. Ñdetur q̄ septē annis in ciuitate hermoli Noraliter. ad significandū q̄ xp̄s septemplicē misericordiā in hoc mūdo cōmunicat peccatorib⁹ in egipto. i. in tenebris peccator⁊ existētibus. De quib⁹ dicit bernar. in sermone q̄ incipit. Miscōias dñi. ¶ Prima ē a pecccatis ꝑseruatio q̄ a multis peccatis me in ꝟ secūlo custodiuit. Quis em̄ non videat q̄ sicut i multa cecidi sic in plura potuissem cecidisse nisi miscōia dei me cōseruasset. Naz nullum est peccatū qō perpetrauit alter q̄n tu facere potuisses nisi dñs ex spēali miscōia te cōseruasset ps. xciij. Nisi quia dñs adiuuit me paulominus habitasset in inferno aīa mea. ¶ Scōa miscōia ē occasionis peccādi subtractio. Dscē. ij. Ego vias

tuas sepiã spinis.ꝛ in semitis eius nõ inueniaris. Euenit aliquãdo q̃ hõ intendit malũ facere.ꝛ tñ deus ex miscõia aliq̃ ponit mediũ vt nõ pficiat. sicut btõ paulo Act.ix.q̃ fuit ꝓpe intẽtiõis vinctos ꝓducere in ihm̃ oẽs q̃ ꝓfiterent xp̃m. Et sic suguenit plaga que fuit anie medela ex dei misericordia. Et sic hodie fit.de q̃ Hugo. Deꝰ multos flagellat ne peccẽt.aufert aliq̃ potẽtias.diuicias sanitatẽ corꝑis.cũ quibꝰ impediũtur ne volũtatẽ malã pficiant.vt impleat illud ꝓuer.xxvj. Cũ defecerint ligna extinguet ignis.ℏ est sbtractis occasionibꝰ ꝓpe ꝓpisẽtie tũc deficiet ꝛ opus.

¶ Tercia miscõia ẽ penitẽtie expectatio.Esa.xxx. Expectat vos deus vt misereat vestri. Nõ solum expectat ꝫ etiã clamat post tergũ vt ad ipm̃ ꝓuertamur Can.vj. Reuertere reuertere sunamitis reuertere. Hoc maxime dz mouere pctõrẽ. Ipe em̃ ex miscõia dicit Hiere.iij. Si dimiserit vir vxorez suã ob fornicatõem ꝛ recesserit ab ea nũq̃d reuertetur ad eã.nũq̃d nõ polluta ꝛ ꝓtaminata est mulier illa.Tu aũt fornicata es cũ amatoribꝰ multis tamẽ reuertere ad me ꝛ ego suscipiã te dicit dñs. Nõ exponẽs gregoriꝰ dicit. Pensate frẽs ꝓclusit dei pietas duriciã nr̃am.nõ est q̃d excusatõnis q̃ hõ veniat.deus despicit ꝛ expectat.ꝓtẽni se videt ꝛ reuocat iniuriãtes.iniuriã de ꝓtemptu suo suscipit ꝛ tñ dissimulat acsi nesciret. De q̃ bernar. Ego peccabã ꝛ tu dissimulabas.ego nõ ꝓtinebã a sceleribus ꝛ tu ꝓtinebas a vberibꝰ.ego ꝓlongabã iniq̃tatẽ ꝛ tu ꝓlõgabas pietatẽ.cur ℏ: ꝓpter pniam Ro.ij. An ignoras q̃m benignitas dei ad pniam te adducit. Ideo Gre. Nemo lõganimitatẽ eius negligat.q̃ quãto diuti⁹ expectat tãto districtius iudicat.ꝛ implet illud Ro.ij.fm duriciã cordis et impenitẽs cor tuũ thesaurisas tibi irã in die ire.iõ Eccl.v. Ne tardes ꝓuerti ad dñm deũ tuũ.ne dixeris.miscõia dñi magna est.nam miscõia ꝛ ira cito ab illo approximãt. ¶ Quarta miscõia ẽ ꝓtritiõis collatio Hiere.xxxj. Postq̃ ꝓuersꝰ me egi penitẽtiã. Nam ꝓuersio vera ꝛ cõtritio nõ est ab homine ꝫ a deo Treno.vl. Cõuerte nos dñe ad te et ꝓuertemur. Initiũ ꝓuertẽdi ad dñm est penitẽtia quã sine dubio spũs opatur non noster ꝫ dei. Ad idem ponit exẽplum. Quis algẽs ad ignez venerit ꝛ fuerit calefactꝰ.nõ dubitabit ab igne habuisse calorẽ quẽ sine illo habere nõ poterat. Sic qui ꝓius sine igne charitat̃ frigidus erat.ꝛ iaz feruore pnie ardet ab igne gr̃e spũssancti ꝓcessisse credat.q̃ dicit Aug⁹ in libro de pnia. Vere penitere nõ est hois sed gr̃e dei. Ideo bernardus in sermone vbi supra. Magnaz miscõiam dei cognosco in me in eo q̃ visitauit cor meuz ꝛ imutauit illud.vt amara fierent que ꝓius dulcia erant. Letabar i rebus pessimis q̃s nũc recogito i amaritudine anie mee. Ideo ps.lix.Cõmouisti terraz.i.cor terrenũ ꝛ ꝓturbasti eã. ¶ Quinta miscõia ẽ peccatoꝝ remissio. Frustra exhiberet ꝓces miscõias si penitentibus nõ indulgeret. Ideo scribitur.j. Paral.xxj. Vidit dñs ꝛ misertus est sup magnitudinẽ mali. De quo aug⁹. Deus tã liberalit indulget vt iam nõ dãnet vleiscẽdo.nec ꝓfundat iꝓperãdo.nec minus diligat iputando. Sũt aliq̃ qui sic condonant iniuriã iz nõ vleiscãtur ope:sepius tamẽ imꝓperãt ore. Sunt ꝛ alij iz sileant:alta tamẽ mente repositum habẽt in anio rancorẽ.quoꝝ neutra plena ẽ indulgẽtia. Dz de deo non sic.ꝫ implet illud Ezech.xviij. In quacũq̃ hora pctõr ingemuerit oim pctõrũ ei⁹ nõ recordabor ampliꝰ.ꝛ illud Ro.v. Vbi abũdauit delictũ supabũdabit ꝛ gr̃a. ¶ Sexta miscõia est a recidiuo ꝓseruatio.vñ Her. Magna ẽ miscõia tua p quã deinceps ꝓtinendi ꝛ emũdantiꝰ viuẽdi ꝓstitisti vtutẽ ne recidiuũ pateret.ꝛ esset nouissimꝰ erroꝝ peioꝝ ꝓpri. Idẽ.q̃ deterius ẽ reincidere q̃z incidere ꝓpꝛ q̃ hõ ꝓpatur aiali bruto. Pro uer.xxvj. Quasi canis q̃ reuertit ad vomitũ. sic hõ q̃ reiterat stulticiã suã.ꝛ.ij. Pet ij. Quasi sus lota i volutabro luti. Vt igit hõ ꝓse ueret i bono ꝛ declinet a malo oportet fore ex gr̃e ꝛ miscõia dei assistẽtia. eo q̃ dicit gre. Cito bonũ amittit nisi a largiẽte custodiat.ꝓpter q̃ inquit aug⁹. Miscõie tue deputo q̃ bona ago ꝛ mala refuto. ¶ Septima miscõia est vtutũ opatio ꝛ accumulatio p quas gr̃iam cõsequamur.vñ Sap.iiij. Gr̃a dei ꝛ miscõia est in sctos eius.ꝛ respectꝰ sup electos illius. An nõ est mgna dei miscõia q̃ p vilibus meritis vult nob dare eternã vitaz.vñ dicit Her. Nõ sũt talia merita ꝓpter q̃ datur vita eterna nisi ex dei gr̃a. Isti sunt septẽ anni.i.septez misericordie. Geñ.xlj.quas exhibuit egyptijs.i.peccatoribꝰ. Tuc sbditur ioseph obediẽtia.q̃ surgens nocte accepit puerꝝ ꝛ mr̃em eius ꝛ secessit in egyptũ. Symõ de cassia. Iã incipiebat cudi gladius doloris cũ tenera ꝓles cogeret regum timore egiptiacas ꝓuincias incolere.vadit pegre angeloꝝ dña.originali relicta patria q̃rit extraneũ incolatum. Sbdit. Ecce regina mũdi egyptiacas ingreditur ciuitates.nulla iuuẽcula.nulla pedissequa. nec famuloꝝ copia legit ꝓcomitata.nõ curribus aut equis sbuecta.ꝫ vt paupcula incedebat. Conducit carpẽtarius hospitiũ.introducit mr̃em cuz ꝓle.ꝓgregat modicã suppellectilẽ ad fouẽdam mr̃em ꝛ ꝓlẽ.arti s carpẽtarie instrumẽta ꝓducit.incipit inq̃rere si ex illa modicã possz captare stipã.denũciat se in arte peritũ.explorat si q̃s cõueniat ꝓ mercede vt sustentaret vginẽ matrẽ ꝛ posset alere ꝓlẽ.necn õ ob id etiaz insinuat se hui⁹ artis magistꝝ ne ocio sue aut in fraudẽ alicuius videret ad illam ꝓuinciã accessisse.mr̃ ꝛ virgo maria laboribꝰ insistit.ꝛ q̃rit sic stipendia. nullas vicinales visitat edes. Sic nota oibus p modestiam magis q̃z ingrederet limina vicinoꝝ Admirant oẽs qui i egypto sicis mulier nũq̃z fuit trahit oẽs i sui ꝓsideratõem ꝓpter suã honestatẽ: velut magnes ad se ferrum secreto tractu nature. Nem talẽ gr̃am i matre vgine deꝰ posuit vt nullus eam intuebat q̃n eam diligeret.nec ita diligeret q̃ aliqua ꝓcupiscẽtia mala insurgeret Nec meditabatur de amenitate patrie.nec stimulauit ioseph si tẽpus repatriãdi adesset.nõ attediabatur peregrinatõis sufferre incõmoda.non ꝓturbabat virũ multa reficientia.sed in paucis ꝓtenta ꝛ sup nis intenta. Et quid pr̃ eternus decernat expectat vt iussionibꝰ diuinis obediat.hec ille. Subdit in textu. Et erat ibi vsq̃ ad obitũ herodis. ¶ Dz

diceres. qualis fuit eius obitus. Refert Eusebius in ecclesiastica hystoria li. j. ca. ix. q herodes cū essz septuaginta annoꝝ diuina vltione pcussus est. exterius lento igne vrebat. interiꝰ vasto incēdio cremabat. intātum q oia viscera sua in scenū paulatim defluerent. verenda q̄z illius vermibꝰ scaturirent. totūq; corpꝰ inflāmatur t pedes. anhelitus eius fetidus vt hoies accedere horrerēt. Jussuz ē a medicis vt causa alleuiatōnis in dolio oleo pleno mitteret. sed nil ꝓderat ꝙ magis deteriorabat. Audiens iudeos cū gaudio mortē suam expectare nobiliores ex oīi iudea collegit t i carcerē posuit. Vocauit sororē suam noie salome t virū eiꝰ alexādrum. t ait. Noui iudeos de morte mea gauisuros. ꝙ vt potero multos habere lugētes mor vt exalueto oēs iudeos quos posui in custodiā interficite. vt qui nolūt ex mea morte flere. saltem de nece suoꝝ parentū t amicoꝝ flere cogātur. Et ita ꝓmisit soror eius velle facere. Sic in angustia mortis cōstitutus duos filios quos in custodiam posuerat occidi ꝓcepit. vt nō solum in extraneis: sed t in ꝓꝓrijs fieret homicida t filicida. Igit nō valēs tot tormētoꝝ genera seu penas tolerare balneum sibi prepare ꝓcepit. t ingressus pomū sibi afferri iussit. Cūq; cultellū in manu teneret vt pomū purgaret tussis violenta in eū ꝓperauit. circūspectis oibus ne q̄s eum ꝓhibere posset ictu prio vibrauit in pectore. ita q infelix misera morte vitam finiuit. Et tūc soror eius oēs vinctos ꝓut ordinauit interfecit. Justo dei iudicio vt qui in necem saluatoris ei ꝓsenserūt. simul cū eo terminū vite darent. Et ideo mortuo herode t illis iudeis ait angelꝰ ioseph. Accipe puerꝝ t mrem eius t reuertere in israel. defuncti sunt enī q̄ querebāt aiam pueri. Ostēdens etiā in necē saluatoris ꝓncipes eoꝝ consensisse t ꝓpter hoc mortuos fuisse. Subdit. vt implerēt quod dictū est a dño ꝙ ꝓphetam scz Osee. xj. Ex egypto vocaui filiū meū. Nicolaꝰ de lyra. Ista auctoritas hz duplicē sensuz lrāle. vnꝰ de filijs israel. alius vo de domio nro ihu xpo. t pfectius. quia ē filius dei naturalis. alij vo sunt filij dei ꝙ adoptōem.

¶ Sermo. xxix. ¶ Ad idem

Herodes videns qz illusus eēt a magis iratus ē valde. Mat. ij.

¶ Legit de siltudinibꝰ reruz. li. v. q canis rabidus multas hz ꝓpetates. sic t hō iracūdus. Primo ē solitag. qz solus vadit. ipm eīm alij canes fugiūt. sic hō iracūdus ē solitagus qz nec amicū nec sociū pōt sustinere. Ideo ꝓuer. xxij. Noli amicꝰ esse homini iracūdo. Et merito est fugiēdus. qz vir iracūdus ꝓuocat rixas. Prouerb. xv. Scdo vadit vt ebriꝰ cadendo. sic iracūdi ps. cvj. Turbati sunt t moti sūt vt ebrius. t ois sapientia eoꝝ deuorata est. Nō qz dicit Catho. Ira impedit animū ne possit cernere verū. Tertio omne obiectū impugnat. ac si cecus. sic iracūdꝰ nulli parcit. nō ꝓsiderat iusticiam qz cecus. Jacobi. j. Ira viri iusticiā dei non operatur. Gregoriꝰ. Si ira mentez semel possederit putat iuste fieri q̄ male fit. Prouerb. xxvij. Ira viri non habz misericordiam. Quarto agro ore currit. t linguā extra os pendit sic iracūdus maledicta verba profert. t linguā suam prohibere non pōt. qz stultus. Eccles. vij. Ne sis velox ad irascēdū. qz ira i sinu stulti requiescit. Habet se iracūdus vt olla bulliens que pinguedinibus emittit. Et sic iratus hō vera cuz falsis promit. ꝓuerb. xxix. Totū spiritum suū ꝓfert stultus. Quinto habet oculos rubicūdos ꝓpter feruorem sanguis. t sic iracūdi inclinati sūt ad effusionem sanguis. Qualis fuit herodes. qz iratꝰ occidit oēs pueros qui erant i bethleem t in oīibus finibus eius. ¶ Ista est scda pars ꝓncipalis i qua dixi innuit tyrānica ꝓsecutio inuidiosa dicēs Herodes videns qz illusus eēt a magis. id ē deceptus. eo q nō redirent ad eū iratus est valde. ¶ Primo ꝓpter regni zelum. qz timebat se amittere regnum. Chrisz. Reges t ꝓncipes si ex aliqua causa irascūtur faciliter placant. illa aūt ira inextinguibilis est quā regni zelus accēdit. Scdo natus est ꝓpter sui cōtemptū. dicit Chrisz. Magi cōtemnētes herodem addiderūt causaz doloris. quēad modum fit qui fundit pinguedinē sup ignem ardentē maius facit incēdium. Sic herodes magis incēsus fuit furore. qz quos ille sedens in throno suo nō potuit ꝓsuadere consilio. his ibus puulus placuit iacens in ꝓsepio. Tertio iratus est ꝓpter cesaris metum. qui ꝓcepit q̄ nullus sine suo imperio rex diceretur. ideo iratus est. Chrisz. Herodes volens illudere magos t xpm illusus est. Prouer. xxj. Non ē prudentia. nō est sapiētia neq; fortitudo contra dōm. Prouerb. xij. Illusores ipe deludet. Chrisz. Herodes debuit amicari t cepit irasci. Et in ira mittens occidit oēs pueros. id est occidi fecit p milites suos. Glosa interline. Li gua vitur ꝓ gladio: qui erant in bethleem t i omnibus finib⁹ eius. ¶ Ecce duo mala i herode astucia t seuicia. Primo astucia i hoc. qz non statim fecit occidere pueros. ꝙ fm glosam. post ānū t quartuoꝝ dies pueroꝝ occisio facta fuit. Distulit eīm triplici de causa. Prio ꝓpter discredētiā quia putabat magos falsa apparitōne eē illusos. Scdo ꝓpt astutiam. vt sic dissimulādo puer in mediuz deduceret t appareret. Tertio ꝓpt moram contractā. quia fuit ipeditus. quia citatus ad curiam rhomanā ad petitōem suoꝝ filiozū. scz archelai t alexandri qui ipm accusauerūt apud cesarē. Et ideo non fuit ausus tūc pueros interficere ne cum alijs facinorib⁹ cōqrerētur de tanta crudelitate. Ideo cūdo rhomā t remanēdo in curia t redeūdo in iudeā apposuit annū aut plus. t rediens accepta licētia a rhomanis ꝓpositis signis t prodigijs in natiuitate xpi factis q rhomani dederūt sibi licētiaz occidēdi pueros. t sic occidit omnes pueros q̄ erant in bethleem. ¶ Nota hic sepiciam herodis in tribus. scz in nūero. loco. t tēpore. Primo in nūero. quia nō est cōtentus in numero occidere aliquos pueros. imo oēs. Herodes habuit se vt lupus. Dicit homerus poeta. cū esurit querit diligēter ouē. t si ad ouile venerit nō solum vnā sed oēs studet iugulare. Sic herodes querēs xpm verū agnū imolandū ꝓ salute mūdi sed vt ipm habere posset alios oēs innocētes oc-

cidit.z dicit Chrisf. Herodes fecit sicut fera pessima si fuerit vulnerata naturalē duplicat ire doloris crudelitatē z q̄si ceca furore nō aspicit tā se vulneratā.ꝫ q̄cūq; añ ocl̄os eius occurrerit siue hō siue aial.illud q̄si actorē vulneris sui dilantat Sic z ille illusus a magis irā suā sup̄ puulos diffundebat. Chrisf. Herodes cogitabat i furore suo dicēs Ecce magi inuenerūt puer illū quē regnū dicebāt.Et aur acceperūt a gentib⁹.z largis ꝓmissionib⁹ sunt placati.tō reuersi nō sunt.Et forsitan dicebat intra se.Quis puer ille añq; nascat in terra tā appet in celo.nōdū ipe se oñdit z iam oēs illū q̄rūt.z nec adhuc terrenū ppīm hz.q̄rūt eū iam militie celestes.i.stelle q̄ sibi mistrāt.Quis ē ille q̄ añq; mecū pugnat tā vincit añq; vincat tā regnat.q̄d putas fact⁹ est ille i regno meo si creuerit.ego z bona hoib⁹ porrigo z gladiū porto.q̄ non diligat saltē timeat.ille nec ppīm hz nec diuicias ꝓgregauit.z quō sine auro diligit z sine ferro timet. Sic misit z interfecit oēs pueros vt inueniret vnū in oibus.sic nec vnū inuenit i oibus z vitā eternam ꝓstitit oibus.vt ipleret illud ps.lxxviij.Effuderūt sanguinē innocētē tanq; aquā in circuitu hierūm. dicit Chrisf. O insentate herodes q̄d agis.si non credis vbis q̄ magi dixerūt.cur sine cā insanis in pueros.nūq̄d tu possis imutare sniam dei.aut ꝓdere illū quē de⁹ defendit. ¶Scdo appet eius sencia i loco.cū dr in bethleē z i oibus finib⁹ eius. Raban⁹ Nō ꝓtētus vastare bethleē.ꝫ adiacentia loca vastauit. ¶Tertio appet ei⁹ sencia i tpe.cuz dicit.A bimatu z infra.i.occidit oēs pueros duorū annor vsq; ad pueros vni⁹ noctis vel diei.fm Haymonē vt ly infra dicat ordinez tpis.ꝫ Chrisf. exponit vt ly infra dicat ordinē nūeri.z ē sensus.a bimatu z infra.i.a pueris duor ānor vsq; ad pueros q̄nq; ānor. Dicit em stellā ortā magis p annū añq; ihc̄m venirēt z p ānū expectauit. Et sic xp̄m duor ānor credidit. Sz de q̄nquēnio videt facere fidē q̄ q̄dā ossa innocētū habent ita grādia q̄ bimor vel biēnior eē nō p̄t Pria tñ expositioē vsitatior.z p̄t dici q̄ lōge maioris q̄ntitatz erāt hoies tūc tpis q̄z nūc sunt.tō nō mirū q̄ maiora videtur ossa pueror. Sz di.stāte expositōe ꝑma cur occidit pueros vni⁹ diei vel noctis. Rūdet aug⁹ in sermone de innocētib⁹.q̄ timebat ne puer cui sydera famulabātur spēm suā paulo supra vl infra etatē sui tpis posset occultare. Tūc adipletū est q̄d dictū est p hieremiā ppha dicētē.ca.xxxj. Vox i rama audita ē. ¶Hec ē tercia ps ꝑncipalis isti⁹ euāgelij.in q̄ dixi innuit lamētatio mīnica la chrimosa dicēs. Vox i rama audita ē.vt dic̄ Chrisosto. Rama erat ciuitas saul. Saul āt erat de tribu beniamin.z beniamin erat fili⁹ rachel.cui⁹ sepulchr erat iuxta bethleē vbi interficiebant puuli. Et rachel introducit plorās.q̄uis rama nō est ppe.q̄ tātus fuit luct⁹ q̄ etiā si phas esset mortui potuisset ppati z flere.de q̄ dicit text⁹. Rachel plorās filios suos.Iz illi de tribu iuda vel iudas non fuerūt nati de rachel.tñ dr mater pueror in bethleem.nō rōne geniture ꝫ sepulture.vl etiā q̄ multi de tribu iuda filior beniamin fuerīt occisi.ꝓpter ea dr flere metaphorice. Alio mō rama ē nomē cōe.z hebraice interpt̄at excelsum.tō vox in rama id ē in excelso audita est.s.a deo.q̄ scribit Eccli. xxxv. Deprecatōez lesi audit.z dñs nō despiciet preces pupilli z vidue si effundit loquelā gemit⁹.Et noluit ꝓsolari q̄ nō sunt viui ꝫ oēs occisi.z p ꝓsequēs nō est ꝓsolatio.Et loquit sikitudinarie q̄n ali quis puer infirmat interim q̄ viuit mr recipit alia quā cōsolatōem.ꝫ post mortē nō.q̄ nō sunt reuocandi ad vitā ꝑsentē. Tūc subdit i textu.ploratus sz puulor.z vlulat⁹ mult⁹ sz matr. Aug⁹.in ser mōe.iij.de innocētib⁹.Cū puuli victimabāt mres misere lamentabāt. Vlulabāt mres q̄ agnos pdūt.ꝫ voce balātes mres crines dissipabāt.z orna mēta capitis amittebāt.q̄ntis modis volebāt infantes absc̄ondere ipi se publicabāt.nesciebāt tacere.nōdū didicerūt formidare.mr pugnabat z carnifex trahebat.ille tenebat:ad carnificē mr clamabat.Quid sepas a me q̄ genui ex me.vter⁹ me⁹ genuit.vbera mea lacte nutriuerūt.z tu crudel in terimis.mō fuderūt viscera mea.z tu illidis in terram. Alia mr dicebat.occide mrem cuz puero.vt q̄d me dimittis manere.si culpa ē mea.ꝫ si nō est crimē iūge mihi mortē. Alia dicebat q̄d apud me q̄ritis.vnū q̄ritis z oēs occiditis.z ad eum qui est vn⁹ attingere nō potestis Et sic fuit vlulat⁹ matr Sz de ploratu puulor dicit Chrisf. Plorabant puuli q̄ sepabanť a matrib⁹.plorabāt z vlulabant mres q̄ desolabanť a filijs.z videre ꝺ erat maior dolor in matrib⁹ remanētib⁹ q̄ in pueris morieti bus.puuli vnū patiebanť dolorez.q̄ sepabātur a mrib⁹.nō q̄ ducebanť ad mortē.q̄n nec sciebant mortis dolorē.mres patiebanť duplicē dolorem vnū q̄ puulos suos videbāt interfici.alterū q̄ ipse desolabanť a filijs. In puulis mors eor statim finē faciebat doloris. In mribus aūt mēoratio puulor sp erat repatio doloris. ¶Sed di.q̄re festum innocētū celebrat cum volūtarie nō sunt passi.eo q̄ vsum liberi arbitrij nō habuerūt q̄ quō mereri potuerūt. Rūdet q̄ ꝓpt plures ꝓrogatiuas ill collatas. Prima sumit ex tpe.q̄ primi fuerūt qui sanguinē suū ꝓ xp̄o fuderūt. Vñ aug⁹ vocat eos flores eccl̄e. Vñ canit de ipis eccl̄a illud Apoc. xiiij. Hi empti sūt ex oib⁹ ꝑmitie deo z agno.imo nō tm in se passi ꝫ etiā in ꝑsona xp̄i q̄ q̄dāmō in q̄ libet eor occisus ē xp̄s. Vñ volūtariū sacrificiuz reqrit in adultis.non aūt in infantib⁹. Scda ꝓrogatiua capit ex statu.q̄ sine macula vixerūt.quia ꝓus circūcisi. Vñ de ipis canit illud Apoc.xiiij. Hi sunt q̄ cuz mulierib⁹ nō sunt coinq̄nati.i.non sunt polluti mente z corpe. Nihil ꝓdest vginem esse corpe nisi mēs esset incorrupta. Tercia ꝓrogatiua capitur ex gra capitis.q̄ q̄n rex coronat multos milites secū facit. Sic rex celestis nūc coronatus coronā carnea a mre p suaz incarnatōem hos innocētes milites sibi elegit.Et iō eos sancta mr eccl̄a festiuat. Vñ licet i lymbū descēderūt z etiā liberū arbitriū meredi nō habuerūt.tamē quicq̄d in eis minus fuit gra noui regis adipleuit.vt dic̄ sctūs Tho.in scda scde.q.cxxiij.ar.j.in solutōne ꝑmi argumēti.q̄ martyrij gloriā quā in alijs libera volūtas meretur illi puuli occisi p dei gratiam sunt assecuti.naz effusio sanguinis ꝓpter xp̄m vi

cem gerit bāptisml. Nō sicut pueris baptisatis p gr̄am xp̄i meritū operat ad gl̄iam obtinēdam. ita occisis ꝓpter xp̄m meritū martyrij opat ad palmam martyrij ꝓsequēdam. De q̄ aug⁹ in sermōe de epyphania. Licet pauli nō haberēt etatē vt in xp̄m crederēt. habebāt tn̄ carnē in qua p xp̄o passuro passionē sustinerēt. Jō idem in ſmone q̄rto de innocētib⁹. Occidūtur p xp̄o pauulo pauli. p iusticia mortis innocētia O q̄ btā etas. necdū xp̄s potuit loqui z iā pro xp̄o merētur occidi. nonduz oportuni ꝓfessioni z iā idonei passioni. O q̄ feliciter nati. vix degustauerūt p̄sentē vitā z stati transierūt ad futurā. necdū egressi infantie cunas. z iā puenīūt ad coronas. rapiūtur de sinib⁹ matruz z recipiūtur i gremijs angelor̄. hec ille. ¶ Bz di. quare scta mater eccl̄ia tacet hodie leticie cantica. vt Te deū laudam⁹. Gl̄ia in excelsis. Alleluia Rūdet ꝛvilhelm⁹ in rōnali trib⁹ de causis. Pria ē in signū tristicie matr̄ que vlulauerūt z fleuerūt p morte filior̄. Vñ potuerūt dicere illud Ruth. j. Ne vocetis me noemi. i. pulcrā. q̄ vocate me maram. i. amarā. q⁹ amaritudine repleuit me oīpotēs. Scōa causa in signū q̄ ad lymbū descēderūt vbi habuerūt penā damni vsq̄ post passionē xp̄i. sicut z alij p̄es sancti. qō fuit q̄rulosum. sicut conquerit Job. xvij. Infernus dom⁹ mea ē. z in tenebris strauī lectulū meū. Tercia cā in signū fuge z incolat⁹ christi z mr̄is ei⁹ z ioseph in egypto. De quo hiere. xlij. Quasi colon⁹ futur⁹ es in terra. z q̄si vir vagus declinās ad manēdum. In octaua aūt innocētū oia cantica leticie resumūtur. Et h̄ significat resurrectōem futurā. quia tūc innocentes z oēs pueri baptisati z senes electi resurgēt in ꝓfecta etate plenitudinis xp̄i. cum anie felicitate z corpis imortalitate. Silr q̄ hoc festū cadit in diem dñicam oia cātica leticie cantātur i reuerentiā dñice resurrectōis. qua die cū maximo iubilo per dñm sunt de lymbo educti. z postea i die ascensionis i plenū gaudiū assumpti. Ad q̄ nos ꝓducat ihus christus. Amen.

¶ Sermo. xxx. ¶ Ad idem

Occidit omnes pueros

qui erāt in bethleē z in oibus finib⁹ ei⁹. scribit Matth. ij. ¶ Querit loco thematis. cur hec tria festa stephani. iohis. z innocentū sb̄ vno natiuitatis dñice gaudio recolit ecclesia. Rūdet Ber. in sermōe de innocētib⁹ dicēs. Xp̄s natus ē in hūc mūdū z pati p nobis voluit. ꝓpter quod iohānes baptista dixit eū agnū īmolandū. Joh. j. Ecce agnus dei q̄ tollit pcā mundi Et p se dixit Lu. vij. Oportuit filiū homis multa pati z reprobari a generatōe hac. Et Joh. xv. Nō est seruus maior dño suo. si me ꝓsecuti sunt z vos ꝓsequētur. Ex q̄bus q̄dem verbis elicit oīes fideles passuros. De quo z apls. ij. Thim. iij. Oīes qui pie volūt viuere in xp̄o iesu ꝓsecutōem patiētur. z p consequēs fore martyres. Innuit igit ecclesia in his tribus festiuitatib⁹ triplex martyriū. Primū est volūtatis z operis. sicut beati stephani qui fuit p̄mus martyr post xp̄i resurrectōem z ascēsionem. Hinc est q̄ statim post natiuitatē xp̄i sancta mater eccl̄ia ordinauit diē sancti stephani quia dies martyrū sanctor̄ dicit dies natalis eor̄ De quo Fulgent⁹ in sermōe. Veri xp̄s natus est in mūdum vt hodie stephanus nasceret in celo. Scōm est martyriū volūtatis z nō opis. sicut iohānis euāgeliste qui parat⁹ erat pro xp̄o oia supplicia sustinere. nō tamen actu sustinuit. Herū. in sermōe de innocētib⁹ dicit. q⁹ in pace vitaz finiuit diuini ꝓsilij fuit. sicut ipe dixit Jobis vl. Sic euz volo manere donec veniam. Et q⁹ minus est pati volūtate tn̄ q̄ actu z volūtate. ideo eccl̄ia post diem sancti stephani ordinauit diem sancti iohānis euāgeliste. Tercū martyriū est opis z nō volūtatis. Sic pueri innocētes vsum rōnis nō habentes passi sunt. q̄ deum nō loquēdo sed mortēdo cum sanguine suo ꝓfessi sunt. de q̄bus thema. Occidit oīes pueros. ¶ In sūma euāgelij duo innuūtur Prio angelica āmonitio. scōo tyrānica ꝓsecutio. Primū patet in principio. Secūdum ibi. occidit oēs pueros. De pmo dicit. Angel⁹ dñi appuit in sōnis ioseph. Jō in sōnis vt cognosceret q⁹ idem esset angel⁹ qui p̄us appuit ei añ natiuitatē pueri Matth. j. ¶ Pro q̄ sciēdum. in sōnis accidūt multe apparitiones z visiones. aliq̄ delectabiles. aliq̄ tristes. z boies ex his volūt diuinare hoc vt illud bonū aut malū ꝓsequēdū q̄ nō est faciēdū. Rō q⁹ dicit aug⁹ de spū z ania. Somniū est figuris tectū. z sine interptatōe intelligi nō pōt. Nam multa sunt genera somnior̄. que vt dicit Jsidor⁹ li. iij. de sum. bo. ex diuersis qualitatib⁹ oriūtur. q̄dam ex saturitate z maceratōe occurrūt. Secūdo quedā ex p̄uia cogitatōe. Nam vt dicit Jsidor⁹ Sepe que in die cogitam⁹ in nocte cognoscimus Tertio ex diabolica illusione. vñ Jsidorus. Non nulle visiones spirituū demoniacor̄ sunt illusiones qualis fuit visio vxoris pylati. Mat. xxvij. Multa passa sum p visum ꝓpter eum. nihil tibi z iusto illi. vbi diabolus voluit impedire xp̄i passionem. z per ꝓsequēs nr̄am redemptōem. Quarto ex supernor̄ reuelatōne. vt ioseph Gen. xlj. qui exposuit somniū pharaoni: propter q̄ ꝓficitur dīs ac p̄posit⁹ totius egypti. Quinto pmixte oriuntur. s. ex cogitatōe z illusione. Sexto ex corpis dispositione. vt q̄ quis somniat comedere dulcia sīgnū est q⁹ flecma dulce dñatur. sanguineus somniat aerea z leta. melancolic⁹ terrea z tristia. coleric⁹ ignea. flecmaticus fluuios nines z aquatica. Septimo ex corpor̄ celestiū impssione. q̄ virtus motuū superiorum pueniat ad imaginatōnem tunc imaginant in eis imagines illoruz effectū ad q̄s motus celestes disponūt. Sm q⁹ virtus impmens est fortior vel debilior. z Sm q⁹ virtus recipiens ē magis vel minus disposita. z Sm q⁹ magis quieta ab alijs occupationib⁹. Ideo hmōi futura sciunt in dormiēdo quādo ania vacat ab exterioribus motibus. Et p̄cipue in nocte circa horā digestionis cōplete. Et per hūc modum quedā aialia cognoscūt futura. sicut pisces tempestatē p̄nūciāt motibus suis. z in multis alijs aialibus. q⁹ imaginationes eor̄ magis q̄ete sūt q̄ hūane ꝓpter multiplices motus rōnis. ideo magis disposite sunt ad impssiones celi q̄ boies. Octauo oriūtur som-

nia ex cerebri ptŕbatõe. vt ptz in indispositis ad
frenesim z patiẽtibus. qui mira somniãt z inaudi
ta ꝑ vaporem cellulã fantasticã inficiẽtẽ vel im
mutantẽ ipa somnia inficiũtur z imutant. Nono
riũtur somnia ex sanguinis infectõe. qui eñ cor
ruptum habẽt sanguinẽ somniãt se ambulare per
loca imũda. ideo Isidorus ibidẽ. ex diuersis ima
ginationũ qualitatib⁹ oriũtur. tamẽ vñ veniãt ra
ro ꝓsideratur. ergo eis credere nõ est opus. ne for
te sathanas in angelũ lucis se transformãs fraude
erroris decipiat. Ideo Eccĩ. xxxiij. Multos erra
re fecerũt somnia. z exciderũt sperãtes in illis. De
talibus scribitur in cañ. xxvj. q. v. Episcopi. vbi dr
Stultus z ebes est qui oia que in spũ fiũt in cor
pore accidere arbitrat. Subdit. Nam q talia cre
dit fidem perdit. q aũt rectam fidem nõ habet hic
nõ est eius. sed illius in quẽ credit. i. diaboli. Jõo
prohibet credulitas illor Leuit. xix. Nõ observa
bitis sõnia. Ratio Isido. li. iij. de sum. bo. Demo
nes vt fallãt z illudãt aliqñ vera ꝓnũciant. Et sb
dit ibidem. Electi si hmõi visionib⁹ cõmouẽtur
mox tamẽ euigilãtes illusionẽ vanitatis despici-
unt. intẽtionẽ suam ꝓprius ad deũ ꝓuertũt. hec
ille. Ideo Catho. Somnia ne cures. quia scribit
Eccĩ. xxxiij. Sõnia extollũt imprudẽtes. qñ qui
apprehẽdit vmbram z persequitur vẽtum. sic z qui
attẽdit ad visa mendacia. Et tantũ sup isto verbo
Angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicens.
Surge z accipe puerũ z matrẽ eius. z fuge in egy
ptum. propter tres causas in ꝓmo sermone de in
nocẽtibus dictas. ¶ Adhuc sunt due cause
ꝓpter quas fugit in egyptum. z nõ in aliam regi-
onem. Prima causa est ꝓpter egypti sanatõnem.
Vñ Esaie. xix. Et percutiet dñs egyptum plaga et
sanabit eam. z reuertẽtur egyptij ad dñm. z placa
bitur eis z sanabit eos. Vnde Chrisŕ. super Mat
theũ. Recordat⁹ est dñs quia mala fecit super egi
ptum. filiũ suũ mittit vt plagas egypti sua sana-
ret medicina. Hec mutatio dextre excelsi. vt po-
pulus q ante fuit ꝓsecutor populi ꝓmogeniti po
stea fieret custos filij vnigeniti. Secũda causa in-
trauit egyptum ꝓpter future religionis ꝓfiguratio-
nem. qr christiana religio in tantũ viguit ibi vt
ceteris ꝓfusionem induceret. sicut dicit Hiere. ij.
Ab egypto ꝓfunderis. quia multi sancti fuerũt de
egypto arduam christianã vitam ducẽtes. vt san-
ctus anthonius. sancta maria egyptiaca. z ceteri.
Chrisŕ. Qui ꝓus populo dei violẽter dãnati sunt
isti cũ deuotõne deo seruierũt. vt iam nõ irent ad
mare rubrũ dimergendi. sed vocarẽtur ad aquas
baptismatis viuificãdi. Vnde Esaie. xix. Clama-
bũt ad dñm a facie tribulãtis. z mittet eis saluato
rem z ꝓpugnatorez vt liberet eos. Ideo aug⁹ in
sermone. Aliqñ moyses in egypto perfidis clau-
serat diem. illuc xps aduenies sedẽtibus in tene
bris reddidit clarissimã lucem. Et subdit. Et esto
ibi vsqdũ dicam tibi. i. septẽ annis. Futur est eñ
vt herodes querat puer ad perdẽdum eum. ¶ S
Mystice dicit leo papa. Deus i nobis q affectum
ꝓcipitur. s. boni operis. z per effectũ nascitur. z q
ꝓfectũ. i. augmẽtum virtutũ nutritur z crescit.
Sed qñ herodes. i. diabolus hoc attẽdit tũc que-
rit perdere eũ. Vñ bernard⁹. Quicqd a deo dili-
gitur a diabolo impugnat. Hui⁹ figuram habe-
mus. ij. Regum. v. Philistei audiẽtes q dauid es
set vnctus in regem ascenderũt vniuersi vt quere
rent dauid ad pdendũ. Huic simile habet Apoc.
xij. Draco stetit ante mulierẽ que paritura erat vt
cũ pareret filiũ deuorare. ¶ Spñaliter. dra-
co. i. diabolus obseruator callidus qñdo opa bo
na agimus querit quõ resistat z occidat. Nã nul
la est virtus que nõ impugnat a vicio ꝓtrario De
quo habet in glosa Quer. xiij. Virtus si ꝓtrarie-
tatez nõ haberet nõ claresceret. Ideo vt sim⁹ cau-
ti hortat apostol⁹ petrus in canonica. j. Petri. v.
Vigilate fratres qñiã aduersarius vester diabol⁹
die ac nocte circũit querẽs quẽ deuoret. Sed an-
gelus dñi apparuit in somnis. hoc fit quando hõ
existit in diligẽti ꝓsideratõe suũ ꝑpius z ꝓprie sa-
lutis. tũc meretur diuinaz gratiã ipm eruditẽtem.
qr dicit aug⁹ in libro de penitẽtia. Semp ꝑsto est
gra si nõ fuerit repulsa. z de periculis iminẽtibus
informat. De quo Job. xxxij. Inspiratio oñipo-
tentis dat intelligẽtiam. Nã herodes habuit dul
cia verba z falsam intẽtionem. Et sic diabol⁹ sub
specie boni querit nos inducere ad malum. De q
apostol⁹. ij. Corinth. ix. Sathanas transfigurat se
in angelum lucis. Grego. Sepe vicia vtutuz spe
cie assumũtur. xlj. dist. sepe. Sed dicit psal. xc. An
gelis suis mãdauit de te vt custodiãt te in oñib⁹
vijs tuis. i. inspirat tibi ꝑ angelũ. Surge scz a ma
la cogitatõe z imaginatõne qua te impugnat dia-
bolus. z accipe puerũ. i. perpende ꝓscientie purita-
tem qñ iocũda sit in ania. De quo seneca. Nunq̃
nascit vera letitia nisi ex pura ꝓscientia. Bern. Si
trahit mũdus. terret te diabolus. impugnat caro.
illa semp est secura. Et accipe etiam mrem. i. gra-
tiam assistentẽ. quia sine gra non possum⁹ ꝓsiste-
re in ꝓscientie puritate. De q sctus Thomas. li. iij
cõtra gentiles. Indiget homo gra dei auxilio vt ꝑ
seueret in bono. Ideo. j. ad Cor. xv. Gra dei sum
id qõ suz. Ipa est mater puritatis. Richar. Quid
purgat z cõseruat cordis intima nisi dei gra. His
habitis fuge in egyptuz. Egypt⁹ interpretat tene
bra. i. vade ad tenebras pctõrum. De q̃bus apl'us
Ro. xiij. Abiciam⁹ opera tenebraꝝ. ¶ Esto
ibi scz septem ãnis. hoc est attẽde z ꝓsidera vniuer
sa mala que tibi intulerũt vicia tua. Et sunt septẽ.
Primũ malũ quasi ꝓmus ãnus dei est hostilitas
Vnde Eccĩ. xij. Altissimus odio habet pctõres.
Nam si deus pctm̃ non odiret. nũq̃ tot milia an-
gelor ꝓ peccato cogitatõnis de celo repulisset.
Item nũq̃ primos parẽtes z totum genus hũa-
num in ipis de paradiso expulisset. nec hmõi mi-
serijs multiplicib⁹ afflixisset. Itez si nõ odiret pec
catum nũq̃ totum mũdũ octo animab⁹ demptis
ꝓ semine reseruatis diluuio delesset Idcirco pec
care qdem nihil aliud est nisi deum offendere sal
tem moraliter. Et hieronym⁹. Offenso deo nul
la est loci religio. qr scribit Sap. xiiij. Odio sunt
deo impius z impietas eius. Scõm malum qua
si scõus ãnus est omniũ bonor operꝫ invaliditas
De quo Ezech. xviij. Si se averterit iustus a iusti
cia z fecerit iniqtatem oẽs iusticie eius nõ recor-

dabūtur. quia peccator in mortali nō est i dei charitate. ꝛ dicit Grego. Qui non est in charitate bonū quod agit perdit. scz quo ad remūerationē regni celestis. licet alīs remunerat ꝓpaliter sed nō in perpetua vita eternaliter. Ideo scribit Eccl'es. ix Qui in vno offenderit multa bona ꝑdet ꝛc. Tertiū malum quasi tertius ānus ē ꝓscientie penalitas. De quo aug⁹. Dñe dixisti ꝛ ita est ꝙ oīs inordinatus anim⁹ sibīpī est pena. s. ꝓpter remorsuz ꝓscientie. Sap. iiij. Veniēt in cogitatōe peccatorū suoꝝ timidi. Seneca. Nihil ita timiduz facit animū sicut reprehensibilis ꝓscientia ꝓpter peccatum Quartū malum quasi quart⁹ ann⁹ est status periculositas. Iobelis. ij. Quis scit si ꝙuertat ꝛ ignoscat deus. Nam peccator hz se sicut piscis intrās hamū per se. exire aūt per nō potest. sic pctōr a seipo sine gre dei auxilio non potest penitere. De ꝙ aug⁹ in li. de penitētia Vere penitere nō est hominis sed dei gre. Ideo scribit Osee. xiij. Perditio tua ex te. saluatio antē ex me. Idcirco hūc periculosum statū debem⁹ cauere Eccī. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccata. Nō Eccli. iij. Qui amat periculū peribit i illo ¶ Quintū malum q̄si quitus ann⁹ est anie captiuitas. Prouerb. v. Iniqtates sue captūt impiū. ꝛ funib⁹ peccatoꝝ suoꝝ q̄sq; ꝓstringit. Et in his funibus ducet te in carcerē infernalē. Athanasi⁹ Qui mala egerūt ibūt in ignē eternū. Sextū malus q̄si sextus ānus ē anie mortalitas. qz mors anie seqtur istam captiuitatē. Ezechie. xviij. Anīa que peccauerit ipa morietur. Sap. xvj. Nō per malicīā occidit animā suam. licz corpus viuit tñ ania mortua est corā deo Aug⁹. Vita anie deus ē. ꝛ qui se sepat ab eo mortu⁹ est. Sic est oīs peccator in mortali. Esa. lix. Iniqtates vre diuiserūt inter vos ꝛ deū. Et ꝙ ꝓsequēs tradūt animam i mortē. Nō ad Rom. vj. Stipēdia peccati mors est. Septimū malum q̄si septimus ann⁹ est dānationis eternalitas. ps. v. Odisti oēs qui operant iniqtatē. ꝑdes oīes q̄ loquūtur mēdacium Glo. si nō penitētiā egerint. Lu. xiij. Nisi penitētiam egeritis oēs simul peribitis. Matth. vij. Omis arbor que nō facit fruct⁹ bonos excidet ꝛ in ignez mittet. ideo Ezech. xx. Recordamini scelerū vīoꝝ id est dāna scelerū ꝛ displicebitis vobis i cōspectu vestro. qz herodes. i. diabol⁹ querit occidere puerum. i. puritatē anie si nō recordat⁹ fueris peccati dāna. ¶ Dixi scdo subiūgitur tirānica ꝓsecutio dicens. Herodes irat⁹ ꝛc. mittēs occidit oēs pueros q̄ erant i bethleem. Chrisost. omel. ix. sup Mat. inuehit contra eū dicens. Cur irat⁹ es herodes illusus a magis. nō cognoscis q̄niam diuinus erat partus. nōne tu ꝓncipes sacerdotuz vocasti. nōne scribas cōgregasti. nōne illi tibi ꝓphetam induxerūt hoc antiqtus ꝓdicantem. nōne vidisti veteranouis consonātia. scilicz gentilis plebs ꝛ iudaica Nonne audiuisti quia his monstrauit stella. illos vero ammonuit apparitio angelica ꝛ lux celica. Nōne reuerit⁹ es studiū barbaroꝝ. nōne admirat⁹ es ꝓsentiā eoꝝ. nōne ex his oibus reputare debuisti hec oia nō esse deceptōis ꝛ diuine virtutis. putas te illū perdere quē deus producit. O herodes nō vis eum regnare in iudea. velis nolis regnabit in celo ꝛ in terra. hec ille. ¶ Sūt plerīq; qui dicūt herodem pessime egisse in occisiōe puerorū vt verum est. attamē sunt sex genera parētum qui occidūt pueros suos. ¶ Primi sunt qui sciēter rei sunt ꝙ pueri i vtero matris sine baptismo decedūt. ꝛ hoc ē graue homicidium. qz ibi corpus ꝛ ania occiditur. Aug⁹. Maius ē damnū in amissione vnius anie q̄ corporū mille. Ergo mater que ē prēgnās sollicitm dimē debz habere de illo thesauro quē portat in vtero ne fiat occasio dānationis illius pueri. Similiter viri debent parcere mulierib⁹ prēgnantib⁹. nec eas terrere nec turbare nec verberare. imo sibijpis subtrahere in comedēdo ꝛ bibēdo ꝛ impartiri suis mulierib⁹ prēgnantib⁹ ꝛ eis seruire. exemplo marie que tribus mēsibus seruiuit elyzabeth. Hz heu aliqui percutiūt prēgnātes. calcant. trudunt. ipis maledicūt. ꝛ sic rei erant i pueris. Similit peccāt ille mulieres que se sup hoc remittūt ꝙ prēgnātes sunt. ꝛ scienter martios suos offendūt. Silr graue peccant ille anticq̄ vetule q̄ abortum vel sterilitatē procurāt in aliqua muliere vl virgine. Silr iste ancille que cum pctō ꝛ scandalo concipiūt. ꝛ postea propter verecūdiam hūanam eos pueros sciēter occidūt. qō animal irrōnale nō faceret ¶ Scōi parētes illi q̄ pueros suos nimis diligūt. Hz diceres. nō debeo pueruz meū diligere ꝛ ñdet. imo debes puerum tuū diligere ꝛ ordinate infra deum. Naz aliqui pueros suos vltra deum diligūt. ꝛ habēt maiorē complacētiā in pueris q̄ in deo oīpotēti. ꝛ potius vidēt pueros q̄ deuz. ꝛ sic plus pueros q̄ deum diligūt. eosdē pueros deum suū faciūt. Augst. Hoc ab hoie colitur qō prie ceteris diligitur Nō etiaz btūs Hiero. Quodcūq; vnusquisq; sup deum vl equalit deo diligit. hoc sibi ꝑ deo ꝓstituit. Et ōs quādoq; ex sua bonitate subtrahit eis illos pueros vt ipsi parentes cor suū ecōuerso ad deū erigant ꝛ deum diligāt. Et ergo ē vna ratio q̄re illi pueri qui sunt multuz affabiles: prudētes ꝛ pulchri cito morīūtur. quia parētes cum nimio affectu eos diligūt. ꝛ cū nimia sollicitudine ꝑm curruz mūdi eos nutriūt. ꝛ intēdūt ex ipis facere magnos dīos. ꝛ magnas diuitias cōgregare volunt nō curantes an iuste vl iniuste acquirāt. Et propē illam sollicitudinē quam habēt ad pueros obliuiscūtur deum ꝛ seipos negligūt in salute animarum ꝛ damnāt seipos. Dñ Matth. x. Qui amat filium vl filiam plus q̄ me non ē me dign⁹. Et filij tales si vixerint ꝛ sciēter possederint bona male acquisita damnātur. ꝛ implet illud Marē. xiij. Tradet ꝑ filium suū in mortē. ¶ Tercij parētes sunt qui i nformāt pueros suos in malis. scz chorisare. supbire in vestibus. facie depingere. crispos crines facere. Et ipi parētes rei erunt oīm pctōrū q̄ ex mala informatōne addiscūt ꝛ postmodū faciūt. Et sic implebit in parētib⁹ illud Deut. xxxij Immolauerūt filios ꝛ filias suas demonib⁹. scz ꝙ mala documēta. ¶ Quarti parētes sūt qui pueros nō corrigūt cum deliq̄runt. cuz tamē tenētur iuxta illud Prouer. xxiij. Noli a puero subtrahere disciplinam. si em pcusseris eum vga non morietur. Tu virga pcutis eum. ꝛ animā eius de in-

ferno liberabis. Signanť si filij sunt rebelles z p terui tūc sunt castigandi verberib⁹ Eccī.xxx. Nō des illis potestatē in iuuētute.curua ceruicē eius z tunde latera eius cum infans ē ne forte indurek z nō credat tibi.z erit tibi dolor anie.sicut hely.j. Regum.ij. Nō tractans ruptus holgor sup lib⁹ Sap̄.dicit. Hely sacerdos ꝓpter negligētiam castigandi filios dānatus ē. De quo z Beda. Hely filios delinq̄ntes ferire nolnit.ideo seipm apud deum crudeli dānatione pcussit.qz cum audiuit archam captā a philisteis z filios occisos in ꝓlio ce cidit retrorsum de sella z expirauit. Ecce q̄ mala dilectio ē non corripe filios.imo magis ē odium Prouer.xiij. Qui parcit virge odit filiuz. ¶Qui ti parētes sunt qui malū exēplum ꝓbent filijs.z p hoc spūaliter eos occidūt. Aug⁹. Qui in ꝓspectu populi male viuit quantū in illo ē cum a quo ar tēditur occidit. Pueri em illa q̄ vident a parētib⁹ cōmunit imitanť siue bonū siue malum. Si vidēt eos ieiunare.libēter orare.eccl'iam frequētare miscōiam exercere.deum timere.pacē cum familia tenere imitātur eos. Si aūt vidēt eos eccl'ie ieiunia soluere.festa nō celebrare.raro eccl'iam visitare.ad tabernas ire.audiūt blasphemare.maledicere.etiam sequūtur eos. Et p bis malis exēplis filij sequētes dānanť z parētes similit si non penitēt. Dñs gregor⁹ in moral'. Tot mortibus quis dignus ē quot exēpla prauitatis i posteros trāsmittit. ¶Sexti parētes sunt q̄ res iniustas pueris relinquūt.illi damnāt seipos similit z pueros.xliij. q.vj. Si res reddēda ē z non reddit:penitētia nō agitur q̄ simulat. Aug⁹. Si tenes obulū teneris a diabolo. Et quot denarios male acq̄sitos pueris relinquūt tot gladijs eos transfigunt. Et implebi tur in eis illud Eccī.xlj. De pēe impio q̄rūtur.i. ꝓquerūtur filij.quonia ꝓpter ipm dati sunt in ob probriū scz sempiternū. Signāter cuz scienter possidēt.quia faciēs z ꝓsentiēs cadē pena puniūtur. vt habek in can.ij.q.j.notum sit.z.iij.q.iiij.cōsanguineoꝝ.quia scribit Eccī.xxj. Stuppa collecta synagoga peccantiū. ¶Exēplum legit in lib. de dono timoris. Fuit quidā vir sanct⁹ cui multa fuerūt reuelata secreta.inť cetera vidit hominē in ima flāmarum ꝓstratum.de cuius vtero arbor alta ꝓcedebat.in cuius ramis hoies suspēsi fuerūt. z a flāma ab imo procedēte durissime diuersimode z acerrime torq̄bant ur.Et ille qui in fundo iacebat magis inter alios torq̄batur.Et cum q̄reret ille qui hoc videbat a ductore suo cuiusmodi essz homo ille qui in imo iaceret.ille respondit. Ille q̄ ab imo iacet fuit ꝓncipium generatōis oīm istorum.z fuit paup z per vsuras z male acquisita ditatus ē. Alij sunt qui processerūt ab eo z torquentur.quia aliqui fuerūt imitatores illius.alię possessores iniuste acquisitoꝝ bonorum.z sic simul torquētur.z fm q fuerūt similes in culpa sunt in consimili pena.vt scribitur Matb.xiij. Colligite zyzania z alligate ea in fasciculos ad comburēdū. ¶Itē notandū est q festum innocētum z aliorum martyrūsolēniter est pagēdum. Et hoc ꝓpter tria. Primo ꝓpk tēpus.nam ipi primi martyres sunt q̄ pro xpo post eius natiuitatē martyrisati sunt. Nam triplex ē martyrium. Primū voluntatis z operis sicut beati stephani z laurētij. Secūdum voluntatis z non opis.sicut bti iohānis euāgeliste.z bti martyni.qui habuerūt voluntatē z affectum sustinēdi martyrium.quānis nō sunt passi. Tercium ē martyrium opis z non voluntatis.sicut innocētes z vsum rationis non habentes.q̄ deum non loquēdo ꝙ morientdo z cum sanguine suo confessi sunt. Et sic in sanguine suo baptisati sunt Et ꝓpter illud triplex martyrium illa tria festa sunt immediate post festum natiuitatis instituta. Primo festum sancti stephani qui est martyr voluntate z opere. Post hoc festum sancti iohannis qui fuit martyr voluntate z non opere. Tertio festum innocētum q̄ fuerūt martyres ope z nō voluntate. Nam dic̄ sanct⁹ Thomas. Deus suppleuit i eis p gr̄am q̄ defuit i rōnis efficacia.i eo q ꝓpk xpm passi sūt. Scdo hoc festū ino cētū est ꝓmēdabile ꝓpter nūerum.qz tot sunt q nūerus eoꝝ incertus ē. Sed eccl'ia pagit nūerum eoꝝ fm visionē quā vidit sanct⁹ iohānes Apoc.xiiij. Vidi agnū supra montē sion stantē.z cum eo.cxliij.milia habētes nomē ei⁹ z nomē p̄ris eius scptum i frōtibus suis. Modo si laus z festū vni⁹ sancti ē laudabile z acceptū coram deo.q̄d tūc laus tot sctoꝝ innocētū. Et si deus exaudit pces vni⁹ sancti vl' homis vl' duoꝝ vel triū in nōie ipius ꝓgregatoꝝ.q̄d tūc vbi tot sancti sunt simul ꝓgregati. Etiā si honorādus ē sanct⁹ vnus.nōne tūc tot milia sctoꝝ sunt venerādi. Tertio ꝓpter locum.qz in bethleē occisi sunt.z in oibus finibus eius in q̄bus xpus quesitus est z fugit.z beatissima mater eius z ioseph in exilio positi sunt cuz puero ihesu in tam tenera etate ꝛc̄.

¶In octaua natiuitatis domini.

¶Sermo.xxxj.

A Tvbi venit plenitudo tp̄is misit deus filium suū factum ex muliere factū sub lege vt eos qui sub lege erāt redimeret.vt adoptōem filioꝝ dei reciperemus.scribit ad Gal'.iij.c.z lectuz est dūico die pro epistolari officio. ¶In verbis ꝓmissis tria innuūtur. Primo mittēris benignitas miseratōis. Scdo missi ꝓgruitas legatōnis. Tertio missiōis vtilitas fructificatōis. Primū ibi.misit deus.secūdum ibi.misit filiuz suū.tercīū ibi.factū ex muliere factum sub lege vt eos q̄ sub lege erant redimeret. De ꝓmo dicit. At vbi venit plenitudo temporis. ¶In his vbis ꝓpositꝫ destruit apostolus z eradicat triplicē errorem. Primo iudeoꝝ asserentiū nondum xpm venisse.ibi. At vbi venit plenitudo tēporis. De hoc vide supra in prima hebdomada aduent⁹ quomō erant iudei vt ceci. Scdo eradicat vesanīā hereticoꝝ dogmatizantiū xpm corp⁹ fantasticū habuisse z nihil traxisse de virgine.ibi.factum ex muliere. Tertio manicheorum dicētium veterē legē a deo nō esse.ibi.factū sub lege. ¶De primo nota q tēpus incarnationis dicit tempus plenitudinis.z hoc ꝓpter triplicē repletionē. Prima ē repletio vteri vginalis. Luc.j. Aue gr̄a plena ꝛc̄. Ecce cōcipies in vte

de hoc merito fieri habz in eo cognoscit. Primo cū videris aliq̄d bonū in primo qō z in te nō scis hꝛe. tūc ex hūilitate debes te illi sbijcere. Scōo cū cognoscis aliquē defectū in te quē in alio nō cognoscis tūc itez ex hūilitate debes te ei sbijcere. Tercio si tales nō scias i manifesto signo te pfulgere nō posse debes cogitare q̄ aliq̄ bonū latet i eo qō tu nō pcipis. Et sic itez debes teipsuz vilioꝛē reputare ꝫ reuera nonūcꝫ euēit q̄ qs in se occlte habeat q̄ ille q̄ magne reputatōis ē nō hz. Et sic dic̄ Chrisꝰ. Qui vere hūilis ē sp indignioꝛē se aliis reputat. Sz beu aliq̄ sūt q̄ bene se viles dicūt ꝫ reputari nolūt neq̄ audiri ꝛc̄. Et ꝫ sp est q̄si latēs signū supbie. Sex tus gdus est inferiozes nō ptenere. ꝫ eis hūiliter se subijcere. Hāc hūilitatē xp̄s in duodecio āno etatis sue docuit cū pentib⁹ suis sbdit⁹ erat. vt Lu. ij. Descēdit cū eis in nazareth z erat sbdit⁹ illis. Her. Quis q̄b⁹. deus hoib⁹. cui angeli fuiūt. cui pncipat⁹ z ptātes obediūt subdit⁹ erat marie z ioseph hoib⁹. Septim⁹ gdus est hūiles hoies ex coꝛde diligere. Ecci. xiij. Omne aial diligit sibi sile. hunc hūilitatis gduz xp̄s docuit cū hūiles piscatoꝛes in discipulos familiares sibi elegit. vt ptz Matb. iiij. Marci. j. z Luce. v. Octau⁹ gdus est honoꝛē impendēdū fugere. hūc docuit nos tpe pdicatōis sue cū signis z miraculis clarescceret. z indei vellēt cuz facere regē. Joh. vj. ipe fugit ab eis. absc̄dit se. noluit sustinere humanū honoꝛē ꝛc̄. Nonū signuz hūilitat⁹ est honoꝛē impēdendū phibere. z sic xp̄s Marc̄. ix. surdo muto sanato phibebat ne cui diceret. sil⁹ Mat. viij. lepꝛoso curato dixit. vade nemini dixeris. Etiā in trāsfiguratiōe Mat. xvij. Nemini dixeritis visiōez hāc. Et sic nos docuit Mat vj. Nesciat sinistra tua q̄d faciat dextera tua. Qui se laudari desiderat supbū se esse demōstrat. Decim⁹ gdus est de oblato honoꝛe dolere. z sic xp̄us in die palmaꝝ cū magnus honoꝛ esset sibi exhibitus fleuit Luc̄ xix. z sic nos. Chrisꝰ. sup Mat. Sapiēs dū laudat in facie flagellat in coꝛde. Unde cimus gdus qū qs vilia officia exercere nō ptenit. hūc gdū xp̄us docuit in pedū ablutiōe. Hꝛ autem hmōi exercitia signa sunt vere hūilitatis habet de pe. di. ij. si quis. vbi dicit. Exercitia hūilitatis sunt se subdere viliꝛibus officijs. z sic christus docuit. Ipe cū discipulis suis pedes lauissz Joh. xiij. dixit Exemplū dedi vobis quēadmoduz ego feci ita z vos faciatis. Mat. xx. Filius hois nō venit ministrari ꝫ ministrare. Duodecim⁹ gd⁹ est patiēter pati z ptemni. Hūc gdū habuit xp̄s. vt ptz in multis locis euangelij. Mat. xiij. Nonne est hic fabri filius. Joh. viij. Testimoniū tuū nō ē vez. Et itez Nōne benedicim⁹ nos q: samaritanus es z demonium habes. nob⁹ in exempluz. Eccli. ij. In doloꝛe sustine. in hūilitate patiētiā habe. Sic in igne pbat aurꝛ sic hoies in camino hūiliatiōis. Tredecim⁹ grad⁹ est nō solū patiēter ꝫ gaudenē pati. hūc gduz habuit z docuit in passiōe. Heb. xij. Proposito sibi gaudeo sustinuit crucē. z apl⁹ Act. v. Ibāt apli gaudētes a pspectu cōcilij qm digni habiti sunt p nomine xp̄i cōtumelia pati. sic veri hūiles. Grego Qui gl̄iaz nō q̄rit nec ꝛtumeliā sentit. Aug. Ples sunt q̄ volūt hūiles videri. pauci vero contemni

Quartusdecim⁹ gd⁹ vilē se ex coꝛde pfiteri. Isa. xlvij. Narra si quid habes vt iustificeris. Eccli. iiij. Nō pfundaris p aia tua dicere vez. Quintusdecimus gd⁹ est doloꝛ. s. qū homo est cā sue destitutōnis. Michee. iiij. Dole z satage filia syon q̄si parturiēs q̄ nūc egrederis de ciuitate. z habitab in regiōe z venies in babilonē. i. domū pfusiōis ꝛc̄. Hi q̄ sūt grad⁹ vere hūilitatis. dyonisi⁹ de angelica hierarchia. Quāto q̄sq̄ hūilioꝛ esto tāto deo ppiqoꝛ Amb. sup bti immacłati. Quāto q̄sq̄ abiectioꝛ i ꝺ secło tāto magis exaltabit in futuro. Naz p q̄t gd⁹ hūilitatis q̄s descēdit p tot ibi ascēdit. Ideo Isi⁹. Descēde vt ascēdas. sic saluator. Discite a me quia mitis sum z hūilis coꝛde z inuenietis req̄m aiab⁹ vr̄is. s. hic z in futuro. Hic tercia ps pncipalis tangitur quam breuitatis causa pretermitto.

Sermo lxviij. Ad idem

D dñe qui nosti coꝛda

t ostēde quē elegeris. Act. j. In summa p̄sentis epl̄e duo breuissime tāgunt. Prio ponit inde puaricatio z ei⁹ punitō. ibi. Exurgēs petr⁹. Scōo subiūgit matthie approbatio z ei⁹ electio. ibi. tu domine q̄ nosti coꝛda. vel ibi. statuerūt duos ꝛc̄. De pmo dicit. In dieb⁹ illis. s. in tpe medio inter ascēsiōez domini z pēthecostes. tūc exurgens petr⁹ tāq̄ pncipalis z caput alioꝝ in medio fratꝝ z discipuloꝝ q̄ tāq̄ fratres mutuo se habebāt Erat aūt Fe turba hoim. cxx. z dixit. s. petr⁹. Viri frēs oportet impleri scpturā quā pdixit spūssanct⁹ cui⁹ verbū nō pōt esse falsuz. q: spūs veritatis est. per os dauid de iuda q̄ fuit duꝝ eoꝝ q̄ apphēderūt ihm q̄. s. iudas pnūerat⁹ erat in nobis. i. vn⁹ ex. xij. apl̄is. z sortit⁹ est sortē ministerij hui⁹. i. dignitatez apl̄icā quā nō habuit a casu vel a sorte ꝫ p xp̄i electiōez. Joh. vj. Nōne ego vos. xij. elegi z vnus ex vobis est diabol⁹. Sors em̄ aliq̄n accipit ꝑ pte. et sic accipit hic. q: in pte apl̄oꝝ vocat⁹ est. Et ꝺ q̄dez possedit agꝝ de mercede iniqtatis. i. possideri fecit ab alijs q: xxx. denarios q̄b⁹ xp̄m vēditerat in tēplū ꝓiecit. ex q̄b⁹ pnceps sacerdotū emit agꝝ p sepultura pegrinoꝝ. vt hꝛ Mat. xxvij. Consequenter nūc innuit causas depositionis iude. Ubi nota pl̄ib⁹ ꝺ cāis plat⁹ deponi pſuenit. z sic iudas Prio ppt notoꝛiū homicidiū immanitatē. i. crudelitatē. Et sic iudas mal⁹ plat⁹ homicidiū ꝓmisit q̄n dei filiū occidi. procurauit. Et ꝺ homicidiū fuit notoriū Nō dī in textu. Et notū factū est oīb⁹ habitātib⁹ in hierl̄m. Notoriū fuit homicidiū iude trib⁹ mōis. Prio p psumptōz violētā. Nā si fu⁹ cuz inimicis capitalib⁹ dñi sui ꝛcilio secretū iniret ꝑsumeret ꝛ fun̄ q̄ mortē dñi sui machiat⁹ fuissz. Inimici em̄ capitales xp̄i erāt scribe. pharisei ad q̄s p rexit z ꝛciliū cū eis iniuit. Mat. xxvj. Abijt vn⁹ ex xij. ad pncipes sacerdotū. z ait. Quid vultis mihi dare z ego vobis eū tradā. Scōo fuit notoriū p facti euidētiā. q̄n venit turba cū gladijs z fustib⁹ ad capiēdū ihm. tūc nō potuit aliq̄ tergiuersatōe celari. Tercio fuit notoriū p cōfessiōz ppam. Mat. xxvij. Peccaui tradēs sanguinē iustū Et ista pfessio facta est in iudicio coꝛā pncipib⁹ sacerdotū z senioribus qui fuerūt iudices ppli. Scōo plat⁹ pōt de-

poni ꝓpter hereticā prauitatē. Sic iudas a fide xpi ꝓuaricat⁹ fuit. tāgit ḥ in lra cū sequit. accipe locuz misterij hui⁹ de q̄ ꝓuaricat⁹ est iudas. Ipe em̄ recessit de lumie fidei ad tenebras infidelitatis. Jō xps post suū recessuz dixit. Nūc clarificat⁹ est filius hoīs Joh. xiij. Nā cū ille mal⁹ erat cū bonis sic cozp⁹ cū colūbis. tūc collegiū apl'oz nō erat pfecte clarū. z sic dz ibidē. Erat aūt nox q̄n recessit ad significādū infidelitatē suā Tercio pōt deponi ꝓpter simoniā ca prauitatē. z sic iudas q̄ vendit spūale. i. xpm ꝓ tē pali. z Mat. xxvij. Acceperūt. xxx. argēteos pciu appciati a filijs isrl ḥ notat i textu cū dr. et ḥ possedit agz de mercede inīctaz. Nota sunt q̄dā diuina. scz spūssancti dona vt peccatoz remissio miraculoz opatio. z hmōi. Sūt q̄dā spūalia. s. eccl'ie sacramenta. Sūt z q̄dā spūalib⁹ annexa sic ius patronat⁹. Vēdē ḡ spūalia ānexū ē simonia magna. vēdē spūale puz ē simonia maioz. ḥ vēdē diuina ē maxia simōia In xpo aūt fuit aliq̄ totū diuinū qđ est el⁹ deitas fuit quoddā spūale puz qđ est el⁹ ania fuit q̄ddaz spirituale annexuz quod est eius caro. q̄ mediante aīa fuit annexa deitati z pīucta. Et sic iudas vēdidit oīa. ḡ pessim⁹ simoniac⁹. z p ꝓsequs dign⁹ dam natiōe z depositiōe. sbdit. Et suspēsus crepuit medi⁹. vt pena cozrūderet culpe. z diffusa sunt oia viscera ei⁹. Justū erat vt viscera q̄ tātā ꝓditionē ꝓcerāt enormiter devētre caderēt nec digna fuit aia exire p os illō qđ nouissime xpm indigne retigerat Et notū factū est oīb⁹ habitātib⁹ in hierl'm vt appellaret ager ille acheldemach. ḥ est ager sanguis. nūc adducit scpturas. Scptū em̄ in libro psalmorū est: Fiat ꝓmoratio eoz dekta z nō sit q̄ habitet in ea z in epatū ei⁹ accipiet alter ḥ scribit ps̄. cviij.

¶ Nota psalmista tria ponit de iuda. s. depositōnē depositiōis rōnez. eternā punitiōez. Depositiōem vbi dic̄. Fiāt dies ei⁹ pauci. Nā xps elegit iudā in discipulum de mōo. tādez de discipulo in apl'm. tādem de apl'atu in ꝓcuratorē. ḥ in hoc triplici statu fuerit dies eius dies pauci. Sēz di. miz est q̄ xps dei sapiētia q̄ nec fallere nec falli pōt elegit iudaz in ꝓsortiū discipuloz z pastorē ouium quē sciebat futurū lupū rapacē. mirabilius q̄ fecit eū apl'z quē sciebat futuz ꝓditorē suū. mirabilissimū q̄ fec eū ꝓcuratorē quē sciebat furē esse. q̄re fec hoc: Ad det xps posuit eū in ꝓsortiū discipuloz z pastorez ouiū suaz m'tiplici rōne. ¶ Prio ad oñdēdū q̄ in hoc mōo mali sp sūt pmixti cū bonis. i. celo tm̄ boni sunt. i. in ferno tm̄ mali. De q̄ Gre. et hr̄. xxiij. q. iij. hec aūt vita. vbi dic̄ Hec aūt vita q̄ inter celū et infernū sita est sic in medio sbsistit ita vtraq̄ ptiū cines ꝓmūiter recipit. Et itez idez dic̄. xx. moza. In eccl'ia est sic in area vbi sūt triticū z palee. ¶ Scōa ratio ad oñendū q̄ boni ꝓpter malos nō sunt deserēdi. sicut aliq̄ temerarie iudicātes vnā totā ꝓgregatiōez quipēdūt. ꝓpt vnū malū. De qb⁹ Aug. in li. de baptismo. z hr̄. xxiij. q. iij. c. quāt⁹. Quāt⁹ arrogātie tumoz est q̄nta hūanitatis z leuitatis oblīuio. q̄nta iactātia vbi qs se facē credat qō nec apl'is ꝓcessit domin⁹. vt zizaniā a frumēto putat se posse discernere. Non sunt ergo diiudicādi nec spernendi. exēplo xpi. Joh. vj. Nonne. xij. elegi z vnus est diabol⁹. Jō Aug⁹. de verbis dñi. vt hr̄. xxiij. q. iij. tu bon⁹. Tu bonus tolera malū. nā xps iudaz quē furē sciuerat esse toleravit z ad pdicandū misit. eiq̄ cū alijs eucharistiā dedit. Idez sup Joh. habet in cano vbi ꝺ. c. q̄d ergo. Quid ergo voluit dñs noster ibs fratres mei ammonere eccl'iaz suā. q̄ vnū perditum inter. xij. habere voluit nisi vt malos tolerem⁹ ꝛc̄. Idcirco dicit Gre. ibidē in cano. c. hec aūt vita. inter cetera. Si boni estis q̄diu in hac vita subsistitis eq̄nimiter tolerate malos. Naz q̄s malos nō tolerat sibi ꝓpi p intollerantiaz testis est q̄ bon⁹ nō est. Sed q̄re voluit eū eligere in apl'm quē sciebat furē z futurū pditorē suū. Ratio pria est vt inde bonū eliceret. Aug. in enchiridion. Dipotēs deus cū sit summe bon⁹ nō sinit aliq̄d malū esse in suis opibus nisi bonū eliceret. Idē. Melius iudicauit de malis būfacere q̄ malū nō pmittere. Scōa ratio. vt vanā fiduciā amputaret. Aug Nemo securus pōt esse in hac vita que temptatio noiat. vtrūq̄ pōt fieri ex deteriori melioz. z ex melioi deterior. Gerū. Nusq̄ securitas fratres mei adest. Ada cecidit in paradiso de loco voluptaz. Judas in mūdo de scola saluatoris. Gerū. ad eugenium papam. Noli nimis credere affectui tuo. nihil bonū fixū aio qō nō negligēcia z tpe abolescat. Idcirco. j. Choz. x. Qui existimat se stare videat ne cadat Item voluit xps iudā facere ꝓcuratorē quē sciebat furē. Prio vt tpalia ꝓtenenda et villa esse demōstraret. Gre. Cōtemptibilia ꝓptibilib⁹ dāt Xps em̄ in hac vita habuit cozpus z aniaz. habuit matrē z eccl'iaz. habuit q̄ndā psonā p ex pēditiōe pecunie. ea q̄ charioza habuit charioribus custodibus dereliq̄t. Mrez vero z eccl'iam charioz⁹. s. matrē iohāni. eccl'iam petro tradidit. aniaz vero charissimā pri ꝓmēdauit. pecuniā vero ꝓtemptibilē z vilissimā reputauit quā iude ad custodiā dedit. Scōa rō vt custodiā rex tpaliū signāter p dilectionē piculosaz oñderet Ecce modica pecunie ad ministratio fuit iude eterne dānatiōis occasio. Hier. Dis ꝓgnoscere q̄s piculosus sit amor habēdi pecuniā. Nā ille amoz fecit iudā xpi, pditorem stultuz mercatorē Eccl'i. x. Nihil. iniquius q̄s amare pecuniā. Juar⁹ aiam suā venalē hz. Eccl'i. viij. Multos pdidit auz z argentū. Hiero. Quādo audimus iudā tradidisse xpm ꝓpter pecuniaz z impiū discipulū cōdemnam⁹. ꝓpio nos gladio cōfodim⁹. O quāti iude iudā damnant. Hiere. vs. Ā minio vsq̄ ad maximū oēs auaricie studēt. Idcirco. j. Cho. iij. Querit inter dispēsatores q̄s fidelis inueniat Lu. xij. Quisputas fidelis fu⁹ z pudens. ¶ Nota tribus modis pōt dispēsator eē malus Primo ininste rapiēdo. Habacuc. ij. Ve q̄ multiplicat nō sua. Aug. Si tenes obuluz ininste teneris a dyabolo. Scōo auare retinendo. Chrisō. Dispensatores diuitiaz sum⁹ non dñi. sicut dives de q̄ Lu. xvj. domin⁹ fuit diuitiaz. nec tñ rite dñs ḥ potius fu⁹ z nō dispēsator. Tercio inspiēter expendendo. vt dives ille de quo Lu. xij. Anima mea epulare ꝓmede z bibe. Vel etiā villicus Lu. xvj. q̄ dissipauit bona dñi sui. Nos vero debem⁹ esse boni dispensatores. nostra dare z nō aliena rape. non

aliena retinere ꝫ large imptiri. Aug. Maledictus dispẽsator ꝙ est auar⁹ cũ larg⁹ est dñs eius Ad ꝓpositũ dicit in textu vbi ꝫ. Epatum eius accipiet alter. Nic. de lyra. Apl'at⁹ est epatus vbi t epi successores sũt apl'oꝝ. vt dicit Anacletus. t hr. xxj. di. in noua. vbi dicit. Apl'is decedẽtib⁹ in locũ eoꝝ surrexerũt epi. deinde. lxx. discipuli electi. quorum tipũ gerũt ipsi sacerdotes. Sic ergo dic. epatus. i. apl'atũ ei⁹. s. iude accipiet alter. Henera alter matthias fuit a iuda: nõ tm in psona ꝫ in vita. ille ꝑditor iste fidelissim⁹ ꝑdicator. ille sup⁹ iste hũilis t ꝓnus. ille lator pecunie iste ꝓtẽptor toti⁹ terrene ꝫbe ille a dyabolo possessus iste spũscto plen⁹. ille fili⁹ ꝑditõis iste filius eterne salutiõis. ille homicidij ꝓperrator iste aniaꝝ mortuaꝝ viuificator. illi⁹ visce ra fusa sunt ꝙ crepationẽ. istius viscera fundebãtur ad oẽs ꝙ ꝓpassiõeꝫ. ille desperauit iste ꝓfidit deo. ille uspẽsus manebat ad trabem. iste suspẽsus erat ad deũ ꝙ amorẽ. illi⁹ guttur erat ꝓfractũ ꝙ laqnei nodatoꝫ. isti⁹ guttur erat aptũ ꝙ fidei ꝑdicatõꝫ. ille scz iudas i aere interijt vt eẽt de cõsortio demonũ iste ꝙ fidẽ xpi mortu⁹ fuit vt eẽt in ꝓsortio ãgeloꝝ. Hec cre ꝫ alter iudas matthias vocari meruit. Propẽ qõ dixi scõo sbiũgit matthie approbatõ t eius electio. de q̃ subdit. Oportet ꝫ ex his viris qui nobiscũ ꝓgregati sunt in oi tpe q̃ nobiscuꝫ intrauit t exiuit dñs noster ihs incipiẽs a baptismate iohis vsq; in diẽ q̃ assũpt⁹ ẽ a nob ꝙ ascẽsionẽ testẽ resurrectõis eius nobiscũ fieri vnũ ex istis. ¶ Nota ex lra elicit q̃les dñt esse electores. q̃lis eligẽd⁹. q̃liter sit eligẽdũ. t ad q̃d sit eligẽdus. Quo ad ꝑmũ vicꝫ q̃ les. Ꝟnde ꝙ dñt hr̃e vnitatẽ t ꝓcordiã. qz ꝺ fuerũt cẽtũ t viginti viri t null⁹ discordauit. ꝫ cõi cõsensu ioseph t matthiã tãq; viros approbatos coã dño statuerũt. Hz heu nũc vix electores ꝑlatoꝝ sũt sine discordia. Scõo dñt hr̃e diligẽtiã ꝓuidã. s. iq̃rẽdo bonũ ꝑlatũ t vtilẽ. nõ amicos nõ ꝓpinq̃s. t sic ꝺ fecerũt. Tercio dñt hr̃e intẽtionẽ rectã vt nõ q̃rãt vtilitatẽ ipoꝝ ꝫ honorẽ dei. Jõ nõ est respiciẽda dignitas ꝓsone ꝫ ꝓsona dignitati. alias q̃rẽtes dignitatẽ ꝓsone t nõ ꝓsonã dignitati sunt silꝫ his q̃ ouibus deberent querere pastorem t querunt ouibus furẽ qui eas mactat. Quarto dñt hr̃e mẽtẽ deuotaꝫ vt imminẽte tpe electionis oꝛõibus insistãt. qz ois ptãs a deo est. Rom. xiij. Sic ergo fecerũt scti apl'i vñ dicit in textu oꝛãtes dixerũt. tu dñe ostẽde quez elegeris. ¶ Hic scõo aduertẽdũ q̃lis debeat ꝑlat⁹ esse q̃ eligẽd⁹ est. oñdit exemplo matthie. Primo ꝺz esse etate matur⁹. nõ ꝺz esse puer. naz ibi ex his viris notat. In puero nãq; ẽ vana lasciuia. Eccl's xj. Adolescẽtia t voluptas vana sunt. In pueris ẽ leuitas t incõstãtia Prelatus eñ eligit ad subditoꝝ informatiõeꝫ. iõ ꝺz hr̃e mox grauitatẽ Eligit etiã ad maloꝝ repssionẽ seu repbatiõeꝫ. iõ ꝺz hr̃e ꝓstantiã t firmitatẽ. ad Thytũ. ij. In oib⁹ pbe teip sum exẽplũ bonoꝝ opeꝝ in doctria t integritate t grauitate. Scõo nõ ꝺz esse alien⁹ ꝫ domestic⁹. notat. ibi. q̃ nobiscũ cõgregati sunt. Caput ꝓpriũ melius scit naturã sui corꝑis q̃ alienũ. amor eñ ꝑlati de collegio electi ad eccĩam est naturalis. alienꝫ o accidẽtal. nãlia immutabilia sunt. accidẽtalia vero ꝺz facili mutari pñt. Tercio nõ ꝺz esse neofitus. et notat cũ dr̃. In omni tpe. In ꝑlato req̃rit experiẽtia. hũilitas ꝺa. t auctas reuerẽda. Prelat⁹ autem neofitus est inexptus. iõ nescit se cõformare qualitatib⁹ sbditoꝝ. Eccl. xxxiij. Vir in multis cogitabit m'ta. q̃ nõ est exptus paucos recognoscit Etiã ꝑlatus neofitus possit fieri sup⁹ t elatus putãs q̃ eccĩa vel religio nõ possꝫ erigi sine eo. Jõ paul⁹. j. Thi. iij. Nõ suscipe neofitũ. ne insupbia elatus in iudiciũ diaboli incidat. Etiã ꝑlat⁹ neofitus possit a sbditis cõtemni t despici. t sic sua auctas posset minui t vilificari. sic accidit Joth. cui dixerũt sodomite Geñ. xix. Recede illuc. ingressus es vt aduena nũq̃d vt nos iudices? Quarto nõ ꝺz esse insci⁹ ꝫ doctus. t notat in ꝺ qõ dr̃. intrauit t exiuit inter nos dñs ihs incipiens a baptismate iohis. Ex ꝺ patꝫ q̃ fuit sapiẽs qz doct⁹ a doctore vitatꝫ. immo ab ipamet vitate. Ab illo de q̃ dicit apl's. Oẽs the sauri sapiẽtie t sciẽtie in eo sunt recõditi. ad Col. ij Et sic merito eligẽd⁹. Alia duo scz q̃lit̃ sit eligend⁹ t ad q̃d in seq̃ntibus epl'e verbis ꝓpendunt cũ sbdit cõcludẽdo. Et statuerũt duos Joseph qui vocabat Barsabas q̃ cognominat⁹ est iustus. et Matthiã. t oꝛãtes dixerũt. Tu dñe q̃ nosti coꝛda hoim oñde quẽ elegeris ex his duobus in locũ miſterij hui⁹ t apl'atus de q̃ puaricatus est iudas vt abiret in locũ suũ. t dederunt sortes eis. t cecidit sors sup matthiã. t annũeratus est cum. xj. apostolis.

¶ Sermo lxix. ¶ Ad idem.

Ors cecidit super ma

ſ thiã. t annumerat⁹ est cũ vndecim apl'is. Actuũ. j. ¶ Introductio Dicũt naturales ꝙ lux de se ꝓcit splẽdorẽ t splẽdor manifestat latẽtia t occulta. vt ptz de sole ad expientiam. Spũaliter ꝙ lucẽ intelligit xpus q̃ dicit Job. viij. Ego sum lux mũdi. t Joh. j. Erat lux vera q̃ illũinat oẽm hoiem venientẽ in hunc mundũ. Et notãter xps dicit lux. qz dic̃ Amb. in examerõ. Lux est pulcritudo ois visibl̃ creature t oi⁹ creaturꝫ dat pulcritudinẽ. Sic xps est pulcritudo oĩm creaturaꝝ. qz oẽs creature ab ipso hñt suã pulcritudinẽ teste Herñ. in soliloquio qui ait. Ab ipo est q̃q̃d habet pulcritudinis ois creatura t decoris. Tu solem claritate vestisti et clarior es sole. Et subdit. Quid est lux solis t decor omnis creature in comparatione tui nisi tenebre. ornasti celum sideri⁹ celum empireum angelis. aera volucribus. aquas piscibus. terram herbis t floribus. Hz nõ est his species neq; decor in mi compatiõe o fons vniuer se pulcritudinis iesu. Ab hac iocũda luce ihu xpo ꝓcessit splendor diuin⁹ q̃ manifestauit suos famulos quos elegit. vt legit de beato Gregorio. q̃ volens se latitare ne eligerẽt in papam. reuelatus est per lucidam colũnam e celo missam. Et sic beat⁹ matthias vt dicit dyonisi⁹. in lib. celestis hierachie Splendor diuinus affuit q̃ ostendebat ipsum assumendum in apostolum. et notat hic sors. de quo thema. ¶ In verbis premissis beatus matthias a duobus cõmendatur. Primo a celica electiõe. ibi sors cecidit. Scõo ab apostolica annũeratõne ibi et annumeratus est cũ vndecim apostolis. De primo dicit. Sors cecidit super matthiam. Dicũt na

turales.celū habet varias stellas.vt habek Genes xv.Suspice celum z numera stellas eius si potes q.d.ꝑ est tibi impossibile qꝫ soli deo possibile.ps. cxlvj.Qui numerat multitudinē stellaꝝ.Et cꝫis varias habet stellas inter illas habet singulariꝫ septem q dicunk planete. Inter illos quidā influūt mititatē.vt Iupiter.aliqui iracundiā.vt atu⁹nus. aliqui humilitatē. vt venus.aliqui iusticiā. vt sol. aliqui sapiam.vt mercurius. ¶ Spūal⁹.hic p celū intelligiꝫ btūs mathias q varijs virtutibus or natus fuit tāꝫ septē planetis.q virtutes in ſris hu ius nois mathias patēt. ¶ Prima lra q ornat hoc nobile nomē est m.z significat mititatē q est virt⁹ multū laudāda in platis.qz scribiꝫ Ecci.x. Sedes ducū superboꝝ subuertit.z mites sedere fecit ꝓ eis Idcirco xps platus platoꝝ hanc ꝑ alijs docuit di scipulos Math.xj. Discite a me qz mitis sum ⁊c. ¶ Scda virtus intelligiꝫ p scdam lram scz a.z significat austeritatē vite. Chrisſ. Circa vitā alioꝝ esto benignus z circa tuā austerus.audiēt te boies magna facientē z ꝓna mādantē. Et sic btūs mathias austerus fuit in vita ꝓpria.vt potuit dicere cū ap̄lo illud.j.Choꝝ.ix.Castigo corpus meū z in seruitutem redigo.z merito.qz dicit ap̄l's.j.Choꝝ.xv.Caro z sanguis regnū dei possidere nō pūt.i.carnal⁹ viuētes.Rom.viij.Qui ſm carnē sunt deo placere nequeūt.qz bſ Job.iiij.Deus spūs est.ergo ſm spm viuēs deo placet.eo q dī.j.Choꝝ.ij. Anialis hō nō ꝑcipit ea q̄ spūs dei sūt. Sic etiā austeritas pertinet ad platos. Dicit em Rich.de scō victore Sunt quidā q ita mites esse volūt vt devita subditorū nihil curāt.neminez corripiūt. Talis mititas nō est laudāda.qz xps platus olim platorū docuit i exēplo Luc.ix.de seruo inutili q receptū talentū posuit in sudario.q dicebat.sciebā qz hō austerus es.Math.xxv.Seruū inutilē ꝓjcite in tenebras exteriores.Et sic btūs mathias indurat⁹ dixit.Annūcio vobis qz viui in infernū descendetis.z terra aquit se z deglutiuit eos.vt legiꝫ in legēda.z sic fuit alter moyses Num.xvj.q datban z abyron rebelles terrā deglutire ꝓmisit.Quilibet ḡ platus nō solū dz esse mitis ſ etiā austerus. Figurak in throno salomōis.iij.Reg.x.in q sculpti erant duo leones vnus in apparētia z apparatu mitis.alter austerꝰ Et sic platus mitis esse debet bonis z rectis corde Ps̄i ps.cxxiiij.Benefac dñe bonis z rectis corde. Austerus malis Exoꝺ.xxij.Maleficos ne patiaris viuere sup terrā. ¶ Tercia lra huius nois est t. z significat timorē dñi.Exo.xviij.Eligе tibi viros timētes deū.Eccl.ij.Qui timēt dñm inḡrunt q̄ bñ placita sunt ei. Talibus em astat dñs. Ps̄.cxliij. Voluntatē timētiū se faciet. Hmōi fuit btūs mathias figuratus p abdiā.iij.Regū.xviij.q fuit prīceps i curia regꝫ ozie regꝫ iude.valde timebat deū z sic ipse. Propter qꝺ ps̄.dicit Constituit eū dñm domus sue.z principē oīs possessionis sue. Timētes ḡ dñm debēt esse plati.qz timor oēm negligentiā excludit.Eccles.vij.Qui timet deū nihil negligit.Sic ergo cū ipsi timerēt deū tūc timerēt a populo.Judith vlti.Qui timēt te magni erunt apꝺ te p oia. ¶ Quarta lra est h.z significat hūilitatez. Hec etiā virtus spāliter platis ꝓuenit.Eccl.xxxij. Rectorez te posui noli extolli ſ esto inter illos q̄si vnus ex illis.Ap̄l's Phil.ij. In hūilitate superiores inuicē arbitrātes.Eccl.iij.Quāto magnus es hūilia te in oibus.Nā tales exaltenk Ju.j. Deposuit potētes de se.z ex.hu.sic legiꝫ de saul.j.Regū.xv. Nōne cū parvulus in oculis tuis esses caput factus es in isrl'.Et sic supbus iudas deposit⁹ est.z hūilis mathias exaltatus.imo electus ad celestia regna ex humilitate cognoscit.vt dicit Greg.Euidētissimū signū reprobozū ē supdia.electoꝝ hūilitas. ¶ Quinta lra est.i.p quā significat iusticia.q̄ ē virtus vt dicit Amb.in lib.de paradiso.q magis alijs ꝙ sibi ꝓdest.z vtilitates suas negligit.cōia emolimēta ꝓponit.Et illa ptinet ad platos.q̄bus dī Sap.j. Diligite iusticiā q iudicatis terrā.Sic etiā dī Exodi.xviij.Eligeviros q diligūt iusticiā z odiunt auriciā.Cyprianus.Queꝝ bona in regno opak iusticia.Talis fuit btūs mathias.ſ de eo legiꝫ illud p̄ner.x.Benedictio dñi sup caput iusti. ideo dedit illi dñs ptē in tribubus.xij.sic z nos. Ps̄.xxxvj. Nō vidi iustū derelictū. Idē.Dñe q̄s habitabit in tabernaculo tuo.Rfider.Qui opak iusticiā in seipso. et nō noceat alijs nec ꝓhibeat. qz dicit Tullius. Si es iustus nō solū nō noceas ſ etiā nocētes ꝓhibeas. Hanc virtutē collaudat Greg.z hō.xij.q.ij.cū devotissimā.Summū in rebus bonū est iusticiaꝫ colere.z vnicuiq̄ sua iura seruare. ¶ Sexta lra est a.z significat amorē. Naz reliqne nihil ꝓsunt sine amore.Aug.Si charitas desit cetera nihil ꝓsunt qz ē forma virtutū. Iō dī Epḥ.iij. In charitate radicati z fundati. Hilarius. Frustra est ois operatio nisi soli deo debeak. Sic fuit mathias in charitate ardēs.Aug.Quāto q̄s terrena despicit tanto diligit.Et sic ipse ꝓpter deū oia dereliqt. Sic q potuit dicere cum ap̄lo z alijs pfectis illud Math.xix. Ecce nos reliq̄mus oia z secuti sumus te. Sic ergo nos in charitate dei ipm imitari debemus. q̄a ipsa charitas vt dicit Hugo.est fons ꝓprius de q̄ nō cōicat alienus.Aug.Hia sacka hꝛe potes z malus esse potes.cū charitate aūt malus esse non potes. Rō.j.Joh.iiij.Qui in charitate manet in deo manet z deus in eo. ¶ Septima lra est s.p quā significat sapia dei.Sap.vij.Neminē diligit deꝰ nisi eū quē cū sapia ihabitat.Et hꝰ ꝑcipue ad platos ptinet. Ps̄i Prouer.iij.Sapiētes gubernacula possidebūt.De hac materia poteris plura querere et applicare.Et quāto hic prudentiores z doctiores fuerint tāto plus in futuro fulgebāt.De q̄ Daniel xij.Qui docti fuerint splēdebūt q̄si splēdor firmamēti.z q̄ ad iusticiā erudiūt plurimos fulgebūt q̄si stelle in ꝓpetuas eternitates.intellige de his qui eruditunt vita z doctrina.Hoc vera sapia requirit. Ps̄i Greg.nazanzen⁹.Sapia est laudabilis.Hāc habuit btūs mathias.nec sufficiebat sibi in seipso hoc tm̄ hꝛe.ſ ꝓles ad ꝙ informauit.Idcirco a dño eligēdus z electus est.z a nobis bodie honorādus ac glorificādus z invocādus.

¶ De annunciatōe beate Marie virginis.

¶ Sermo. lxx.

Ingressus angelus dixit ad eā.Ave gra plena dñs tecū.Luc.j.

¶ Introductio. Boni rumores letificāt homies & habenk in memoria. Nozak'. O q̄ boni rumores sunt hodie nūciati. sic q̄ locū pōt hīe illud. iiij. Re gū. vij. Hec est dies boni nūcij. si tacuerimus scele ris rei erimus. ¶ Heuera boni nuncij dies. q̄ directe h̄ nūciatio est ꝑ annūciationē serpētis que nobis oibus morē intulit. & mala fuit multiplici rōne. ¶ Primo q̄ fuit nunciatio dubietatis respe ctu mulieris cū dixit serpens Geñ. iij. Cur ꝑcepit deus vobis vt nō comederetis de oi ligno paradisi. Rñdit. ne forte moriamur. Ecce illud q̄ō deus po suerat in certo mulier posuit in dubio. Illa dubie tas durauit vsq̄ ad xp̄m. q̄ hō dubius fuit quō sa lutē ꝑsequi deberet. Et ꝓtra h̄ annūciatio est secu ritatis. Hodie eñ angelus dixit. noli timere Ma ria. inuenisti eñ gratiā apud dñm. ¶ Scō fuit nū ciatio falsitatis. q̄ dixit serpēs Geñ. iij. Nequaq̄ moriemini. Ecōtra h̄ nūciatio est veritatis. q̄ illuz angelus gabriel nūciauit q̄ est veritas. de q̄ Johis xiiij. Ego sum via veritas & vita. ¶ Tercio fuit ma la rōne mortalitatis q̄ euenit ex illa. Rom̄. v. Per vnū hoiem pctm̄ in mūdū intrauit: & ꝑ pctm̄ mors & sic in oēs hoies mors ptrāsijt. Ecōtra ex hac an nūciatōe hoi vita venit. Joh. x. Ego veni vt vitam habeāt. Hodie dñs lignū vite. i. filiū plantauit in medio paradisi. i. in vtero virginis bñdicte. vt in figu ra habeā Geñ. ij. sicut dī. j. Chor. xv. Sicut in adā oēs moriunk: ita & in xp̄o viuificabunk. ¶ Quarto fuit mala h̄ annūciatio rōne acerbitatis. fuit enim acerba vtroq̄ parēti. Primo ade cui dictū ē Gen̄. iij. Maledicta terra in ope tuo. spinas & tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vescēris pa ne tuo. Scōo eue: ibidem. In dolore paries filios tuos. Ecce maledictio. Sed hodie annūciata est bñdictio. Bñdicta tu in mulieribus Lu. j. Ecce nū ciatio bñdictōis & alacritatis Aug. Hodie male dictio eue mutak in bñdictionē marie. Bern̄. Ho die reuelatū est ꝑsiliū ꝑ q̄ō moz tolleret. vita red deret & hō de seruitute diaboli liberaret. & in ꝑisti nā dignitatē reduceret. Hodie implek illō Zach. ij. Letare filia syon ecce venio & habitabo in medio tui. Idcirco canit hodie eccl'ia. Hec est dies quaz fecit dñs: hodie dñs afflictionē ꝑpli sui respexit: & redēptionē misit: hodie morē quā femina intulit femina fugauit. Hodie deus hō factus. id q̄ō fuit ꝓmāsit. & q̄ō nō erat assumpsit. q̄ exordiū nr̄e redē ptiōis deuote recolamus & exultem⁹ dicētes. gl'ia tibi dñe. Et merito. q̄ vt dicit Aug. Factus est p ticeps nr̄e hūanitat' vt essemus ptices sue diui nitatis. Jō Alexāder sup Cañ. Amor erat in orbe regnaturus. iō missus est celestis panimphus. q̄si colūba noe factus portās ramū olive. i. pacis & sa lutis. de q̄ thema. Missus est &c. ¶ In summa eñ gelij q̄ruor ꝑ ordinē tangūt. Primo noua legatio diuine maiestatis: ibi missus est. Scō, pmpta exe cutio angelice dignitatis: ibi. ingressus angelus. Tercio mutua collocutio inquirēde veritatis: ibi. Quō fiet istud. Quarto deuota hūilitatio v̄ginee voluntatis: ibi. Ecce ancilla dñi. De primo dicit. Missus est angelus. Etiā apponit. In illo tēpore

¶ Quo ad tps q̄nq̄ sunt ꝑsiderāda. vicz q̄ anno. q̄ mense. q̄ hebdomada. q̄ die. q̄ hora angelus missus est. ¶ Quo ad primū. h̄ est q̄ anno dicunt breuiter sancti doctores q̄ fluxis a ꝓncipio mūdi annis q̄nq̄ milibus. cxcix. In isto igit̄ vltimo an no facta est h̄ legatio. Sed q̄ ad scōm. s. q̄ ad mēn sem dicūt q̄ in mēse martio. & allegant illius ꝓbs rōnes q̄s alibi repies. Sed q̄ ad terciū. scz hebdo madā colligit̄ ex dictis bti Aug⁹. in. iiij. de trini. q̄ vltima hebdomada ꝓnoiati mēsis. Cuius rō ē fm eundē ad designandū q̄ in vltimo tpe xp̄us incar nari voluit. s. in tpe gr̄e. De q̄ Abacuc. ij. Appare bit in fine. si morā fecerit expecta eū. q̄z veniens ve niet. Quo ad q̄rtū dicūt q̄ feria sexta. q̄z illa die fa ct⁹ ē hō. Et sic merito hac die ꝓcipit̄ nasci debuit q̄ die regenerād⁹ erat hō ꝑ eī⁹ passionē. Sz q̄ ad q̄n tum. h̄ est q̄ ad horā diei. dicūt cōiter doctores. & q̄ maxime Frāciscus maronis. q̄ hora ꝓpletorij fuit ista nūciatio incepta: q̄ hora matutinali fuit incar natio celebrata. Et h̄ repūtat eccl'ia in cāpana quā mane & vespe pulsare ordinauit ad hui⁹ rei memo riā. Et dicūt scti doctores aliq̄ q̄ locutio angeli cū virgine durauit ab hora ꝓpletorij vsq̄ ad mediuz noctis. Et sufficit bīō luce verborū scribere subam Sicut in multis exēplis scp̄ture habem⁹ q̄ illa q̄ longissimo tpe sūt facta breui pagina sūt descpta Sicut scribit Sap̄. xviij. Dum quietū silētiū tene rēt oīa. & nox in suo cursu iter h̄ret. oꝑs sermo tuus exiliēs de celo a regalib⁹ sedibus venit. Et intelligit̄ h̄ etiā ad ꝓpositū. Dum eñ virgini bñdicte oia creata silerēt. velut cūcta in nocte latētia i ea sopi ta erāt. Tunc oꝑs sermo tuus. i. eternū verbū p̄is venit. Et h̄ potuit esse hora ꝓpletorij. Ad ꝓpositū tū dicit ap'ls Gal'. iiij. Cū venit plenitudo tēporis

¶ Sed diceres circa p̄dicta. q̄re tādiu incarnari distulit. Rñdet Tho. pte. iij. q. j. ar. vj. q̄ h̄ fecit mul tis rōnibus. Primo ꝓpter diuine iusticie manife stationē. Nā dei iusticia vt dicit Aug. nullū malū sinit impunitū. Vt igit̄ deus pctm̄ ade puniret: tā tos clamores sustinuit. & luctus & suspiria fieri per misit. & adā cū sequacib⁹ suis tanto tpe expectaret in limbo. & exul existeret a paradiso vt manifestaret q diuinā iusticiā nullū pctm̄ dimitti multū. Scōo p pter pcti cognitionē. Dñi medicīa nō dak infirmis nisi se cogñscāt. mō ipsi ꝓmo nō cognouerunt infir mitatē suā. debebāt eñ prius cogñscere q̄ nō a se ꝑ mediāte liberatore redimi debebāt. & q̄ illi⁹ neces sario indigerēt. Tercio ꝓpter desiderij augmētatio nē. Nā dicit Bern̄. Dilatio rei amate est augmēta tio desiderij. Et q̄nto diuti⁹ desideratū denegak. tā to magis desiderīū augmētak. Prouē. xiij. Spes q̄ differt affligit aiaz. Idcirco post clamores & ma gna desideria sctōz patrū venire voluit. Exod. iij. Vidi afflictionē ꝑpli mei. & clamorē ei⁹ audiui. de scendā & liberabo eū. Quarto ꝓpter būficij incar natōis maiorē ꝓmēdationē. q̄z q̄ō amplius diuti us differt cū dak ꝑciosius reputak. Et sic dicit Jno. in sermone de aduētu dñi. Si filius dei subito post lapsum hois veniss & eū reduxisset. ille videō se facile sanatū incidisset in gratitudinis viciū. & nō magno medico se indigu'isse credidisset. Sic q̄ ex diuturna expectatōe difficultatē salnatōis cogno uit. q̄ &c. Quinto ꝓpter scp̄ture implētionē. Osee xiij. Dieb⁹ multis expectab me. Jō dicit Abacuc.

ij. Apparebit in fine. i. in tpe gre Pe q̃ pñ. Tps mi serẽdi eius venit. Et ℔ fuit tps illud q̃ ad annũ mẽ sem r bebdomadã. dicẽr horã de q̃. ℨ. audistis. Tũc ḡ missus est angelus. ¶ Cur angelus r nõ hõ. Ñndet Symon de cassia. Primo qr q̃libet hõ fuit pctõr: ꝯ opus incarnatõis debebat hoiem soluere a pctis. ió magis pgruũ fuit mittẽ angelũ q̃ hoiez Scõo qr missio ista fuit ꝓpter reuocationem ad regnũ celoꝝ. idcirco mitti celestis ciuis debebat. Tercio qr p incarnationẽ dñi etiã angelica ruina' repanda erat. r de cetero pax esse inẽ angelos r hoies In huiꝰ ḡ figurã tpe natiuitis gaudẽtes angeli cantabãt. Glia in excelsis deo. r in ẽra pax hominibus. ¶ Sed q̃re tm̃ vnꝰ angelus mittebat. Ñ. ꝓpter celare diabolo opus incarnatõis r redẽptõis. Dicit tñ Albertus q̃ sibi soli ꝓmissum erat q̃ nũciare verbũ deberet. attñ cũ eo erat magnꝰ angeloꝝ exercitus q̃ nõ sciuerãt in spãli. A silli. sicut vnꝰ angelꝰ nũciauit gaudiũ natiuitatis dñi pastoribꝰ. venit tñ magna multitudo cũ eo celestis curie. Figuratur Gen. xxiij. Abrahã misit vnũ. s. eleazar ad ꝓducendũ spõsaz filio. ille tñ multos habuit comites. mõ nõ est minoris dignitatis incarnatio q̃ natiuitas. Solus tñ gabriel apparuit. r colloquiũ cũ virgine habuit. idcirco textus spãliter eũ noiat. ¶ Sz di. q̃re gabriel r nõ alꝰ. Ñndet Bern. sup missus ẽ Gabriel fortitudo interꝑtat. Nã p opus incarnationis virtus altissimi manifestat. ḡ merito p fortitudinẽ annũciat. nã p ℔ opus fortissima vicit. Primo diabolũ. Iob. xij. Nũc ꝑnceps mũdi eiciẽt foras. Scõo mũdũ. Iob. xvj. Cõfidite ego vici mundũ. Tercio oẽm intellectũ creatũ. puto q̃ oẽs angeli nõ possent cape suis itelligẽtijs vehemẽtiã incarnatõis quã nob in ℔ ope exhibuit. qõ opus angelus certe ignorauit. Dñ interrogatꝰ a virgine quõ fiet istud. rñdit. Spũsctus supueniet in te. q. d. Tu expleris. Aug. Fide capit. rõne ꝓphẽdi nõ põt. scz quõ deitas hũanitati iungit. r deus r hõ de vgine nasci. Aug. ser. j. de annũciatõe dicit. Est stupẽdũ miraculũ excedẽs oẽm intellectũ. q̃ in cherubin ẽ terribil. in oibus angelis ẽ incõphẽsibilis. cõceptꝰ est in aluo vginis. Dñ virginẽ ꝓcipeꝝ parere superat oẽm legẽ nature. Adhuc tñ fortiꝰ est q̃ deus et hõ ab hoie nasci voluit. Ideo Anf. de ꝓceptu virginali. Quis vltimũ ꝑmo ꝓsequet nisi dei fortitudo r ita conglutinauit q̃ nec morte soluit. Merito ḡ gabriel. i. fortitudo dei mittit. Sequit. a deo. s. sine medio. Ecce ꝓrogatiuũ. qr nõ ẽ seruatꝰ cõis modꝰ eo q̃ non p suplorẽ reuelationẽ ꝟ a deo missus est. Dion. c. vij. celestis hierar. Alij coguerũt ꝟ nõ bñ plene. maxie latuit eos modus q̃liter totus in ptẽ totus i virgine. In ciuitatẽ galyle. ¶ Sed di. cur nõ in iudeã. Ñ. qr in galylea cohabitabãt gẽtiles cũ iudeis i signũ q̃ vtrũq; pplm vellet redimẽ Iob. xj. Hic ihs moritur. erat ꝑ gẽte r ñ tm̃ ꝑ gẽte. s. iudaica. ꝟ vt filios dei dispsos ex varijs gẽtibꝰ i vnũ congregaret. Eph. ij. Ipe est q̃ facit vtraq; vnũ. Cui nomẽ nazareth. qõ interꝑtat flos. ad significandũ q̃ ipse esset ille flos de q̃ Can. v. Ego flos cãpi. dicẽ flos cãpit ñ horti. qr flos horti clausus ẽ. ꝟ flos cãpi oibus aptus est. r sic xps Matth. xj. Venite ad me oẽs. Itẽ flos gignit ex purissimis tribus horti bus r calore solis. r sic xps incarnatꝰ virtute spũscti ex purissimo sanguie vginis marie. Itẽ in pribus trãsmarinis bñ q̃dã flos q̃ hz stipitẽ asperũ. et v. rubea folia. r significat xpm q̃ habuit asperitatẽ crucis. r. v. rubea vulnera. Itẽ cũ flos ꝓrerit longe spargit odorẽ. r sic xps i martariolo crucꝭ ꝓtritus. Iste ḡ flos floruit ꝓceptõe. i nazaret. appuit i natiuitate i bethleẽ. emarcuit in hirlm. floruit inẽ duo lilia. s. angelo annũciãte. vgine ꝓsentẽte. Apparuit inẽ duo aialia. Isa. j. Cognuit bos possessorẽ suũ. r asinꝰ ꝑsepe dñi sui. Emarcuit inẽ duos latrones in cruce. refloruit in resurrectõe. Sequit. ad mariã vginẽ r merito. vt ꝓphetia impleret. Isa. vij. Ecce vgo ꝓci. r pa. fi. r Hiere. xxxj. Nouũ faciet dñs super terrã. femia circũdabit virũ. Vbi dicit Dion. de diuinis no. De oibus nouis ℔ ẽ maximũ nouũ Bern. Deũ decebat hmõi natiuitas. Et si debebat nasci tũc de vgine r si vgo debebat parere tũc deũ Sic igit missus ẽ ad vginẽ. Aug. Deniẽs creator mũdi ex mũdis viscerib⁹ in mũdo nasci voluit vt ĩmũdũ mũdũ redimeret. sic dicit Bern. sup missus est. Ad vginẽ carne. ad vginẽ mẽte. ad vginẽ ꝓfessione. ad vginẽ talẽ de q̃. j. Chor. vij. Mentes corpore sanctã. nec nouit: nec fortuitu inuẽtã. ꝟ a secnlo electã. ab altissimo ꝓcognitã. a spũsctõ ꝓparatã a ꝓphetis ꝓsignatã. a ꝓphetis ꝓmissaz. Damas. li. iij. c. vij. Ipsa dei genitrix vgo ab eẽno dei ꝓcilio fuisa. ipsa ẽ quã vidit moyses in rubo ardẽte. Gedeon in vellere. Ezechiel in porta clausa in domo dñi. Daniel i lapide abscisso sine manib⁹. Aaron i vga r flore. Sctus Tho. pte. iij. q. xxviij. Merito agnꝰ dei sine macula debebat nasci. r sine pctõ de vgine pura. Sequit desponsatã viro. Amb. vt inde is tolleret scãdalũ vt puer hẽret nutriciũ. r vt virgo vginitatis sue testimoniũ. cui. s. viro nomẽ erat ioseph de domo. i. de familia dauid. ¶ Tres legimus eẽ viros in sacra scptura huiꝰ noiis. Primus fuit ꝓcurator egipti q̃ ꝓmẽdak ab innocẽtia. Scõs ioseph ab arimathia. q̃ ꝓmẽdak a pietate r miseria r a deuotõe eximia posuit xpm de cruce. r in monumẽtũ suũ collocauit. Tercius fuit vnꝰ ex. lxxij. discipulis. ille ꝓmẽdak a iustitia. vt hñ Act. j. Omnes hi hũc ioseph figurabãt. oim enim vtutes ipe ꝓfecte habuit. Et specificat eũ euangelista q̃ sit de domo dauid. vt ꝑ ℔ designet vtutes ꝓmissiõis. Pñ. cxxxj. De fructu vẽtris tui ponã sup sedẽ tuã. ¶ Et nomẽ vginis maria. Isiõ. Antiqs ꝓphetis noia imponebant secreta futuroꝝ ꝓtinẽtia. a fortiori ergo vgini dei genitrici. q̃ oibus fuit sanctior r in statu sublimior. Dñ Chrisf. in sermone de annũciatõe. Nihil erit in glia respectu btẽ vginis oim ꝓcedentiũ mẽoria. Dicit ḡ maria qõ hebraice interꝑtatur stella maris. q̃ nauigãtibꝰ viaz indicat. Et sic ipsa misit radiũ p quẽ totũ mũdũ illumiauit. Grego. Huic mũdo lumẽ eẽnũ effudit. Bern. Sicut nec radiꝰ minuit sideris claritatem sic nec filiꝰ vginis mris integritatẽ. Scõo maria grece r latine dr amarũ mare. r sic ipsa in passione. Lu. Tuã ipsi⁹ aiam gladiꝰ dolo. ptran. Tercio syriace dr dña. r sic ipsa dña angeloꝝ ꝓtegẽs nos ab infestatõe inimicorũ Bern. Nõ enim hostes visibiles timẽt aciẽ ordinatã sicut demones dei marẽ. Amb. Totũ collegium

ptātis malīgne ad īnuocationē nois marie. Berñ. Sicut cera fluit a facie ignis. sic demões ad īnuocationē nois marie ỹginis. Et sic dicit. Nomē ỹginis maria. nō a casu ꝫ nomē ꝫ spāli instinctu z angelica reuelatōe ỹgini ipositū est. Et cōueniēt ꝫ venerabile nomē obtinet ex ethimologia. Ipm ei bz q̄cq̄ lras p q̄s ip̄si⁹ q̄n p̄uilegia designāt. Et q̄libet harū p̄uilegiū vnuz ex his q̄cq̄ designāt. q̄ ipsa spāliē a deo meruit obtinere. ꝓpter q̄ ꝫ nomē sibi ꝯgrue cōuenit. Prima lra hui⁹ sctissime nois ē m. p quā designat primū p̄uilegiū q ipsa est mr̄ oīm sctōꝝ. qz oib⁹ scitatē generauit. Daniel. ix. Veni et sctūsctōꝝ z vngar. Idcirco Berñ. Laudamus tuā ỹginitatē z miramur hūilitatē. qz nob oib⁹ genuisti scitatē. Eccli. xxiiij. Ego mr̄ pulcre dilectionis z timoris z agnitōis z sctē spei. mō oia illa ad scitatē ptinēt. Et sic ei spāliē dicere possum⁹ illud Judith. viij. Data p nob. q̄n tu mlier sctā es. imo z oīm sctōꝝ mr̄. Secūda lra ē a. p quā significatur scōm p̄uilegiū. s. q ē aduocata oīm pctōꝝ. Sic ecclesia nōiat eā. Eya g̃ aduocata nr̄a ꝛc. Nota dicit Isiō. Volēs aduocare ꝓ alio dz hīe primo iudicis amicitiā. et sic ipsa. qz mr̄. Berñ. Tu mr̄ exulis. tu mr̄ iudicis. Ipsa in mr̄e salomonis figurat. cui salomon. iij. Reg. ij. Pete a me q̄d vis. nō ē phas vt auertā faciē meā a te. Berñ. i ser. de natiuitate. Cū corā tremēdo iudice assistim⁹ q̄ vibrat gladiuz ire sue sup nos. z q̄s auertat irā suā nisi maria. p quaz suscipim⁹ in ꝛis misc̄oiam. q̄re exēplū in discipl'o sermōe vltimo de iuuene depaupato. Nō mirū si apud deū potēs ē. Dicit em̄ b. Anſ. Nīra res. ois creatura a deo creata ē. de⁹ oia creauit ꝫ maria eū genērauit. Et sic merito bz amicitiā. Sc̄o dz br̄e pietatis clemētiā. z sic maria. Vñ Ber. in ser. q̄ incipit. Magnū signū apparuit i celo. Quid ad mariā trepidat accedere hūana fragilitas. nihil austerū. nihil terribile in ea. ꝫ tota suauis z mitis. Jō dicit Aug. in li. retractationū. Scio me pire nō posse p̄ pietate marie. Sic g̃ possum⁹ dicere ei illō. iij. Reg. ij. q̄ dixit Adonias ad matrē regī salomōis Pro nob loq̄re regi. qz in te ē pietas. z misc̄oiē clementia. ueq̄ tibi q̄cq̄ denegare poterit. Tercio dz ꝓponere rei indigētiā. z sic maria. Vñ berñ. Ipō filiū suū inducit illud euāgelicū. Memēto filiꝫbi tui in q̄ pctōrib⁹ spem venie tribuisti. nō ē op⁹ valētib⁹ medic⁹ ꝫ male hītib⁹. Nō veni vocare iustos ꝫ pctōres. Ipsa ē mulier de q̄. ij. Reg. xiiij. q̄ aduocauit ꝓ absalone apud dauid allegās generalē infirmitatē dicēs. Oēs morimur z q̄si aq̄ dilabimur in terra. Cassi. in q̄dā epla Tu patrona hūani gñis tu afflictis ꝑsolatio. tu infirmis medicina singularis. q̄s tuo nō indiget inuamie cū peccare cōe sit. g̃ sc̄o ē aduocata oīm pctōꝝ. Tercia lra ē r. p quā significat terciū p̄uilegiū siue tercia gra marie collata q ipsa ē regula oīm morꝝ z vtutū. Et primo puritatis. qz dicit Anſ. Ea puritate nitebat q̄ maior sub deo intelligi neq̄t. Qz aūt puritas virtus sit. z nos acceptos deo reddit: dr̄ Prouer. xxij. Qui diligit mundiciā cordis habebit amicū regē. z Sap. vj. Incorruptio primū facit deo. Dō. xvij. Em puritatē manuū mearū retribuet mihi. Ipsa etiā spe cialit est regula hūilitatis. imo z mgra. Lu. j. Ecce ancilla dñi. Nō potuit eā amplius extollere angelus. qz dei matrē futurā eā ꝑdixit. z ipse dixit se ancillā ꝑsonā seruilē z hūilē. o mira hūilitas Hec est vtus illa quā ipe saluator docuit discipulos dicēs Matb. xj. Discite a me qz mitis sum z hūilis corde. Ipsa etiā ē regula charitatis. Vñ Amb. Sicut ferrū in ignē missum totū fit igneū. z sic ipsa charitate dei z primi tota fuit ignea. i. charitate plena. Et sic excellēter in se oēs virtutes habuit. q verificari poterat ō ea illud Judith. xj. Nō est talis mulier sup terrā. s. decore vtutū. Ber. Ipsa dignū dei habitaculū oibus vtutib⁹ plenū. Non mirū si fuerit regula morꝝ. Amb. in lib. de ỹginitate. Talis fuit vita marie vt ei⁹ soli⁹ vita eēt oīm regula z disciplina. Quarta lra hui⁹ nois est i. p hāc q̄rtum significat p̄uilegiū q̄ ipsa dici merek inkfectrix oīm vicioꝝ. Vñ Berñ. sup missus ē. Sicut diabolus p mulierē hūanū genus pdidit. sic dñs p mulierē reparauit. Sic dicit Maxim⁹ in sermōe. Sicut eua nocuit p stulticiā. sic maria ꝓfuit p prudētiā Eua dānauit p supbiā. maria saluauit p hūilitatē. Ipsa fuit de q̄ canit eccl̄ia. Mortē quā femia intulit femina fugauit. Ipa fuit illa de q̄ Gen. iij. ex pte diaboli dr̄. Inimicicia ponā int̄ te z mulierē. z sb̄dit. Ipsa p̄teret caput tuū. Quinta lra z vltima ē a. p illā significat q̄ntū p̄uilegiū q̄ ipsa spāliē dici meruit armonia. s. spūsci donoꝝ. Aug. tractās illud ꝓner. ix. Sapia edificauit sibi domū. excidit columnas septē. dicit. Domū edificauit. i. corỹginale spiritusscī donis plenū. Nā alij scti habuerūt gratiā cū mēsura. ipsa fontē oīm gratiarū. sic q̄ in ea impleri potuit illud Prouer. vl. Multe filie regū cōgregauerūt diuitias. tu sola supgressa es vniuersas Berñ. Ipsa excessit fidē p̄triarcharū. ꝓphaꝝ spem. apostolorum charitatem: constantiam martyrum castitatem virginum. Aug. in ser. de assumptione. Quid dignū hac ỹgine cui nullus sctōrū poterit ꝯpari. Hiero. sup̄ in ser. de assumptōe. Sicut in cōpatōe dei nullus bon⁹. ita in ꝯparōe marie nulla ē pfectio ꝛ vtutib⁹. Merito igit̄ maria dr̄ mr̄ omniū sctōꝝ. aduocata oīm pctōꝝ. regula morum. interfectrix vicioꝝ. armonia spūsci donoꝝ. Ex supradictis g̃ ꝯcludit noua legatio diuine maiestat̄. nouitiꝝ z inaudita. Nā lz multe legatōes fuerūt p oracula ꝓphaꝝ ꝛc. illa tñ fuit oībus excellētioꝛ. Primo ex pte nūcij. qz fuit nūci⁹ de supioribus venīēs de his q̄ astāt añ faciē dei. Luc. j. Sc̄o ex pte mittētis. qz imediate missus a deo. a pcilio totius sctē trinitatis. Tercio ex pte psone ad quā mittit. ꝫ fuit ỹgo maria oi laude dignissima. Quarto ex pte cause. z ꝫ fuit maxima. qz nr̄e salutis redēptio. vt infra clarius patebit. Et ꝫ q̄tū ad primū. Dixit sc̄o subiungit̄ ꝓmpta executio angelice dignitatis. de q̄ subdit. Et ingressus ad eam angelus dixit Aue gra plena dñs tecū bñdicta tu in mulieribus Postillā quere in thesauro antiq̄ circa hodiernaz festiuitatē vel latius circa sermōes Berñ. lup missus est. Ad ꝓpositū tñ añ lectiōis executōez angelus reuerētissimā formauit salutationē in q̄ virginē gloriosam ex q̄tuor principal'r cōmēdauit r. Primo a vite innocētia. z ꝫ tangit̄ cū dr̄ Aue idē sine ve. s. pudoris. laboris z doloris. Gen. iij. Aul

tiplicabo erũnas tuas ⁊ ꝯceptꝰ tuos.in dolorẽ paries filios tuos.Bern. Ipsa sine corruptõe fecũda sine grauamine grauida.et sine dolore puerpera. Sed vñ ḃ.qz dicit Bern. Propriũ delictũ nõ hũit ab alieno lõge inocẽs fuit.Et sic ꝓ ꝑs nec tal' maledictio eue in ea locũ hẽre potuit. Merito dixit ei. Aue.i.sine ve.¶ Ceuera ipsa fuit sine ve culpe.sine ve miserie.sine ve gehẽne.q̃re in thesauro antiquo ¶ Scõo ipsã ꝓmẽdauit a gr̃e superfluẽtia.cũ dixit gr̃a plena. Vbi nota duplex ẽ gr̃a. Pria ẽ gr̃a gratũ faciẽs q̃ dr̃ charitas infusa.sine q̃ nemo est acceptus deo.⁊ q̃ inf̃ oĩa dona a deo creata ẽ excellẽtissimũ donũ.vt dicit Aug. De illa ꝑncipal'r loquit angelus. Ber. Ita coplose ẽ ei collata gr̃a q̃ oẽm virtã suã custodinit ab oĩ culpa venali ⁊ mortali. Iõ Aug.dicit. Quid dignꝰ hac ỽgine q̃ trãscẽdit merita oĩm mortaliũ.etiã ⁊ angelorꝝ. Alie sũt gr̃e gratis date.q̃ lz oibꝰ hoibus a deo gratis dant.non tñ hoiem fm se gratificant oẽs sil'nec aliq̃ earũ. ꝫ ad multa alia ordinant. Tũc hmõi gr̃e pñt dici oẽs ỽtutes alie a charitate. Maria q̃ nõsolũ habuit donũ gr̃e ꝑncipalis gratũ faciẽtis. ꝫ etiã plenitudinẽ gr̃aꝝ gratis datarũ. De q̃ Hiero.in sermõe de assũptõe sic inqt. Si diligenf attẽdis nil ẽ ỽtutis qõ nõ resplẽdeat in ỽgine maria. Vñ ipsa fuit hũillima Ber. Si maria hũil'nõ fuiſſz spũſſctũs sup eã nõ q̃ eu'sset nec eã ipgnasset. Isa. vlt. Sup quẽ requiescet spũs meꝰ nisi sup q̃etũ ⁊ hũilẽ. Itẽ fuit castissima. Vñ Ber. Tãte fuit puritatꝫ q nec ãgelica puritas ausa ẽ ei se ꝯpare. Idẽ. Nec astra mõa st i ꝑspectu eiꝰ. Tãta mũdicia o maria deꝰ carnẽ tuã mũdauit vt ẽt sue dine puritati eã ꝯglutinare ñ despexit. Itẽ fuit mitissima. Bern. Nihil austerũ.nihil terribile in ea.tota suauis ⁊ mitꝫ. Itẽ fuit misericordissima Vñ Ignacius. Maria oĩm operũ pietatis vnicui q̃ aliq̃d mistrat.miseris⁊ afflictis ẽ coafflicta. Et ḃ miscdia nõ est in btitudine diminuta ꝫ ꝑfecta. Sic igit merito a gr̃e superfluẽtia ꝓmendat. ¶ Tercio ꝓmẽdauit eã angelus in salutatõe sua a diuina assistẽtia:cũ dixit.dñs tecũ. Bern. Licet cũ oibꝰ sctis sit dñs.tñ singularit⁊ singulari ꝑrogatiua ẽ cũ maria.vt lz dr̃ Iob.xliij. Si q̃s diligit me ad eũ veniemus ⁊ mãsionẽ apud eũ faciemꝰ.tñ cũ illa excellẽtissime ⁊ singularissime. Vñ exponẽs supradicta ỽba Bern. dicit. Dñs tecũ.pr̃ te obũbrãs vt tantũ splẽdorẽ filij tui posses sustinere.tecũ filius vt sibi seruet vterũ tuũ.⁊ tibi seruet' virginitatis signaculũ.Tecũ spũſſctũs.cuiꝰ ỽtute ꝓcipis sctificãs te vt sola digna esses filiuꝫ dei portare.Et sic tota trinitas fuit cũ maria vt corpus mũdaret. vitã sctificaret ⁊ aiam fecũdaret. Aug. Dñs tecũ manet.tecuꝫ ꝑmanerat.a te nũq̃ recedet. Hugo de sctõvic.in sermone de annũciatõe. Dñs tecũ in castitatis voto. tecũ in prudẽti ꝓcilio.tecũ i vtero.tecũ i ꝑscie seereto.tecũ in ore ope ⁊ corde.tecũ vbiq̃.age seeure q̃d vis. Hiero. Iã cũ ỽgine erat q̃ ad ỽginẽ mittebat. Dñs vbiq̃ p essentiã.in celis p apparẽtiã.in angelis p ꝑsidentiã.in sctis p gratiã.in assumpta hũanitate p vnionẽ.ꝫ in ỽgine p totiꝰ deitatis pñtiam ⁊ corpalẽ existẽtiã. merito potuit dicere.dñs tecum. ¶ Sed dr̃. q̃re nõ potiꝰ dixit.dñs in te. Rñdeq̃ nõ tñ cũ ea fuit p inhabitationẽ ꝫ etiã p copationem. Hoc ꝫ significare volens dixit:dñs tecũ. ¶ Quarto eã ꝓmẽdauit a feminea refulgentia:ibi. bñdicta tu i mulierib⁹.i.sup oẽs mr̃es. Ceuera nõ solũ sup oẽs mulieres ꝫ ⁊ sup oẽs viros post xp̃m.nec solũ sup oẽs viros ꝫ ⁊ sup oẽs ãgelos.⁊ vniuersal'r sup oẽm creaturã aliã a xp̃i hũanitate.eo q̃ a ỽbo assumpta ẽ. Iõ Anſ. O bñdicta ⁊ supbñdicta p te bñdicit oĩs creatura Aliq̃ mulieres sũt bñdicte qz ỽgines.ꝫ nõ sunt fecũde. Aliq̃ ỽo sũt fecũde ꝫ nõ ỽgines. Petrus rauen. in ser. q̃daꝫ sup missus est. sil'r Bern. Maria ỽgo inf̃ mulieres ẽ bñdicta. q̃a dec⁹ possedit virginitatis.pudorẽ ⁊ dignitatẽ ptulit mr̃is. O vere bñdicta q̃ celo fuit maior.terra fortior.orbe latior. Deũ em̃ quẽ mũdus nõ capit sola suscepit.⁊ portauit eũ q̃ portat orbẽ.suũ genuit genitorẽ.nutriuit oĩm viuẽtiũ nutritorẽ. Hiero.i sermone de assumptõe. Talibꝰ oppignorare decebat ỽginẽ muneribꝰ vt esset gr̃a plena. Et iõ dr̃.dñs tecũ.bñdicta tu i mulieribꝰ.q̃ dedisti celis et angelis terris ⁊ hoibus deũ.fidẽ gentibꝰ.⁊ finẽ vicijs.vite ordinẽ.moribꝰ disciplinã.vt oẽs hoies surgẽtes in gr̃arũactiõe dicere bñt illud ps̃. lxxxiij. Bñdixisti dñe terrã tuã.auertisti captiuitatẽ iacob.i.p singularẽ bñdictionẽ mr̃is. ¶ Quintũ volumꝰ addere. ⁊ eã cũ Elizabeth ꝓmẽdare a dignitatis sue excellẽtia. qz hodie mr̃ dei effecta merito superextollẽda et sũme ꝓmẽdãda. Sed q̃d dicam de eiꝰ excellẽtia.⁊ quõ valeã eã digne ꝓmẽdare. Exq̃ em̃ mr̃ dei ẽ.sic deũ nulꝰ sufficit nec digne laudare ꝑt:sic nec matrẽ. De q̃ petrus damiani. Qualr eã laudare poterit mũdanꝰ bõ p trãsitorũ ỽbũ q̃ de se ỽbũ ꝓtulit qõ manet ineternũ. Aug.i nq̃dã ser.de btã virgine Si oĩm nr̃m mẽbra ỽterent⁹ in linguas.nullus eã digne laudare sufficeret.altior ẽ celo de q̃ loqmur ꝑfundior inferno ⁊c. Hec sola ẽ q̃ mr̃ ⁊ sp̃osa vocari meruit.q̃ em̃ ỽgo tã sctã quã dignaret sup̃venire spũſſctũs.q̃ tã speciosa quã deꝰ eligeret sibi sp̃osaꝫ ⁊ filio suo i matrẽ. O q̃ tã casta vt eẽt ỽgo i partu⁹ post partũ. O q̃d dicã pauꝑ ingenio.o q̃d dicã.q̃q̃d dico minor laus ẽ q̃ tua dignitas reqrit. O q̃d dicã dei genitrix cũ nõ sufficit lingua carnis tuas enarrare ỽtutes. Eccl. xliij. Exaltate eã q̃ntũ potestis qr maior ẽ oi laude. Ipa ẽ ō q̃ Ber. q̃ totiꝰ mũdi obtinuit ipetrãdo salutẽ. Cui spãl'r p toto genere hũano dictũ est. Ne timeas maria inueniſti em̃ gratiã apud dñm. Quis q̃ o btã mr̃ miscõie valeat inuestigare tuã lõgitudinẽ.latitudinẽ.altitudinẽ⁊ ꝓfunditatẽ.longitudo tua vsq̃ ad diẽ nouissimuꝫ subuenit vniuerſ invocãtibꝰ te.latitudo tua replet orbẽ trax.altitudo supne ciuitatꝫ meruit p te recuperationẽ.ꝓfunditas sedẽtibꝰ i tenebris ⁊ in vmbra mortis obtinuit redeptoꝛ. Hoc ꝫ q̃ ad angelicã salutationẽ. Reliq̃ vtꝫ.dixi q̃re in thezauro antiquo Recurramꝰ ꝫ oẽs ad matrẽ gr̃e ipsã q̃ntuꝫ possumus laudibꝰ ⁊ ꝑconijs extollẽdo.vt eiꝰ inuẽro sufragio possimꝰ obtinere gratiã oipotentis dei in ḃ seculo.⁊ in futuro fieri ꝑticipes ẽkne glorie Amen

¶ Sermo lxxj. ¶ Ad idem.

Ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecum. Luce primo. ¶ Introductio.

rles libro.iij.c.xxxv.intelligitur de coacta paupertate z scandalosa ac criminosa.q̄ solet esse furandi occasio nō ät loquit de volūtaria pauptate z amorosa.quia dicit Hern Paupertatē habentes sunt spiritu diuites.Cui sb̄dit.Beati mites.Et bene sequitur paupertatē.ne pauperes impatientes efficiantur. Jō Amb.Quid p̄dest mihi carere diuitijs nisi fuero mitis.Nā pauptas nō placet deo si ne mititate.Eccl̄i.j.Beneplacitū ē dño fides z mā suetudo. ¶ Sed diceres.quid ē mititas.Respondet hiero.Mititas ē animi dulcedo quā nulla vincit amaritudo.Hanc xp̄s docuit Matb.xj. Discite a me.q̄ mitis sum z humilis corde. Vbi Aug⁹.Mites sunt qui improbitatib⁹ cedūt.malum in bono vincunt.Hec virtus attribuit patriarchis z p̄phetis veteris testamenti.vt legitur de moyse.Nu.xij.Mitissim⁹ in populo apparuit.q̄ orauit p iudeis ne deus deberet eos plagare. Talis fuit abraam q̄ refugit lites inter pastores exortas dicēs Gene.xiij.Ne queso sit iurgiū inter me et te.Talis fuit Ioseph.q̄ ex mititate fudit lachrimas p fratribus inimicis.De quo dic̄ Cassiodo. Qui malū pro malo nō reddit nec nocet nec nocere desiderat.hic mit̄ ē.Talis fuit Dauid.ij.Re gū.xvj. cui maledixit semei Abisai voluit vindicare.dauid noluit.ꝫ dixit.dimitte eū vt maledicat de⁹ em̄ reddet mihi benedictionē p maledictione Similiter et⁹ mititas apparuit cū inuenit saul inimicū suū in tentorio.recepit et⁹ hastā z cipbum z recessit.noluit ei nocere.ió p̄s̄. Memento dñe dauid z̄c̄.Tales hodie sūt honorādi.q̄ geniti in fide Thob.viij. Filij sanctorū sum⁹.Eccl̄i.xliij. Laudem⁹ viros gloriosos z parētes nr̄os. Subdit eorū p̄miū.qm̄ ipi possidebūt terrā.s.triplicē.quā terunt.quā gerūt.quā querūt. ¶ Quā terunt illa ē material.p̄s̄.xxxvj. Mansueti hereditabunt terrā. Ideo Eccl̄i.x. Sedes ducū superboꝝ sūuertit.z mites fecit sedere p̄ eis. Jtē terrā quā gerunt i.corpus. Job.x. Habitāt domos luteas z terrenum habent fundamētū. Hanc terrā.i.xp̄ū corpus possederūt.quia corpus sūtecerūt spūi. Job. x. Terra est data in manu mea.id ē corpus. iuxta illud.j.Thoz.ix. Castigo corpus meū z in seruitutem redigo. Jtē terrā quā q̄runt.s. celestē fluentez lacte mel.p̄s̄.cxlj. Portio mea in terra viuentium Tunc sb̄dit tertiā beatitudinē. Beati dicunt.qui lugent.Et merito fletus ē tertia virtus beatitudis. quia dicit Amb.Tristitas ē que peccata cōdonat. ¶ Jtē nota lugentes sūt triplices. Primi lugent peccata p̄pria z sūt incipientes.vt Dauid p̄s̄. xxxiij.Quasi lugēs z contristat⁹ sic humiliabar. Talis fuit maria magdalena Luc̄.vij.Cepit rigare pedes iesu lachrimis.Talis fuit ap̄lus ad Ro. ix. Tristicia mihi ē p̄tinu⁹ dolor cordi meo.Talis luctus ē ad salutē anie.De quo ap̄s.ij.ad Thoz. vij.Que fm deū ē tristicia salutem stabilem operatur. Ideo sb̄dit eoꝝ p̄miū.quoniā ipi cōsolabunt scz p remissionē peccatoꝝ z miserie impetratione z dei reconciliationē. Hiere.xxxj. In fletu veniēt ad me z in misericordia deducā eos.Chrys. Nemo flēs accessit qui nō impetrauit qō postulauit. Thob.iij. Post lachrimationē z fletū gaudium z exultationē infundis. Hiero.sup Esa. Pro deus lesit.ꝫ lachrima deū cogit ad miserandū z p̄pitiū dum. ¶ Secūdi sunt p̄ficientes.isti lugēt aliena peccata.Talis fuit saul.j.Regū.xvj. Vsqquo luges saul.cū ego abiecerim eū ne regnet.Et illi sūt beatiores.De q̄ Chrys. Beati q̄ lugent p̄pria peccata.beatiores q̄ aliena.hoc docemur ad Roma. xij. Flete cū flētibus. Hoc fecit Hieremias.xliij. ca. Oculus me⁹ deduxit lachrimas.q̄ capta ē gens dñi. Sed heu sunt plerique qui neq̄ p̄pria neq̄ aliena peccata lugent.sed bene tēporaliū rerum damna. De quib⁹ Aug.in li.de pnia. Sclar se culpabiliter durū qui flet dāna rer̄ z nō aniaꝝ. Sunt etiā fm Richō.plures q̄ lugent charos suos.ꝫ non semetipos. Hoccitas z insania lugere temporalia z nō eterna. Jugem⁹ igit̄ cōmissionem viciorum et cōsolabimur p̄ indulgētiā ipsoꝝ. Psal.xciij. Fm multitudinē dolorū meoꝝ p̄solationes tuas letificauerunt aniam meā. Ideo dicit Ber. O humilis lachrima.tuū est regnum.tua ē potentia.tu vincis inuincibilem.z ligas oīpotentē.s.ad indulgētiam remissionis.nā fm aug. Qui p̄morū peccata luget.facilius a deo petōrū suorum remissionē obtinebit. ¶ Tertij sūt contēplantes.illi flent p̄ desiderio regni celestis. vt dauid p̄pheta. Super flumina babylonis illic sedim⁹ z fleuimus dum recordaremur tui syon.i.celestis patrie.Et flumina babylonis sūt miserie hui⁹ mundi.in quib⁹ bonis cōtemplatiuus adhuc fluctuās incipit cogitare de celesti gaudio.z incipit flere in desiderio. vt p̄s̄.xlj. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Hic z nos dicētes cū ap̄lo ad Ro.viij. Jpi intra nos gemim⁹ adoptionē filioruz dei expectātes.q̄ h̄ nō ē requies in valle lachrimarū neq̄ satietas animi. De q̄ sanct⁹ Tho. Intellectus hominis nō quietatur nisi in cognitione p̄me veritatis et affectus z voluntas nostra nō satiat̄ nisi in fruitione diuinitatis.p̄s̄.xvj. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Idcirco debem⁹ hic fletibus anhelare. Hern. Futura gaudia nō satis ꝛcupiscis nisi cōtinue postules cū lachrimis. Tales p̄solabunt̄ ber. Illa p̄solatio ē deuotionis suauissima delectatio Esa.vl. Sicut mater cōsolatur filios suos. ita p̄solabor vos dicit dñs. Ista beatitudo attribuit vere penitentib⁹.vt magdalene.latroni in cruce.petro.z sic de alijs.Et merito honorare debem⁹ eos q̄ sūt exēpluz penitētie nr̄e vt sequamur vestigia eoꝝ Amb. Si securus es errantē.sequere penitētem z p̄solaberis.ij.Tho.j. Benedictus de⁹ q̄ cōsolatur nos in oīi tribulatione nostra. ¶ Quarta beatitudo est esuries iusticie. De qua sb̄dit. Beati qui esuriūt z sitiunt iusticiā.Et bene sequit̄ luctum.quia homo post sacramentū penitentie incipit iusticiā esurire.Esuries iusticie ē vehemens desideriū opandi iusticiā per quā intrēdit ad opationem summi boni.z capitur p̄ rectitudine vite quanto quis habet maiorē esurie iusticie.tanto iustior esse desiderat.Hiero.Nō sufficit velle iusticiam nisi iusticie patiamur famē.z nunq̄ nos satis iustos putemus.ꝫ semper esuriendo opera iusticie impleamus.Nam fm Aug. Justitia est generalis virtus complectens oēs virtutes. ergo

nullꝰ ad plenū poterit ꝓficere. ſō Eſa.lxiiij. Dēs iuſticie nře quaſi pannꝰ mulieris mēſtruate. Jō xp̄s nō poſuit iuſticiā in opatiōe dicēdo.beati iuſti.ꝫ in affectione ex deſiderio dicēs. Beati q̄ eſuriunt ⁊ ſitiūt.i.affectāt iuſticiā.vt docuit Ju.xvij. Cū feceritis oia que p̄cepta ſūt vobis dicite.ſerui inutiles facti ſumꝰ.qō facere debuimꝰ fecimus.⁊ qō facere nō poſſumꝰ eſurimꝰ. Prouer.xj. Deſiderīū iuſtorū ē oñe bonū. Augꝰ. Nō quid es ſed quid eſſe deſideras attendit deꝰ. Subdit cōsū p̄miū.quoniā ipſi ſaturabunt. Richb. de ſan. vic. Oñs homies eſuriūt ⁊ ſitiūt.alij malū.alij bonū alij poteſtates.alij honores. alij voluptates. alij diuitias ⁊c. Et tales nō poſſunt ſaturari.qz totus mundus non ſatiat hominē niſi ſolus deꝰ.qui eſt dominꝰ mūdi. Aug. Domine feciſti nos ad te.in quietū ē cor nr̄m donec req̄eſcat in te. Sitiamus igitur iuſticiā.qz dicit Ber. Cibatos nō cibat.ebri os nō potat.ꝫ eſuriētes cibat. Ju.j. Eſurientes implenit bonis.⁊ diuites dimiſit inanes. Et attribuitur cōfeſſorib⁹.de quibꝰ hodie fit mētio in euāgelio. Sint lumbi vr̄i p̄cincti⁊ lucerne ardētes in manibus vr̄is.i.ardentia opa iuſticie. ¶ Quinta beatitudo ē miſcōia.de q̄. Beati miſericordes. Et ſequitur bū iuſticiā ſm Chriſ. Una nō valet ſine reliqua.qz iuſticia ſine miſcōia crudelitas ē.⁊ miſericordia ſine iuſticia diſſolutio ē. Jō habeť i cano.xlv.di.ca.diſciplina. Juſticia ſine miſcōia ē vi nupanda. Jō vtus miſericordie ponit poſt iuſticiam.q.d. ꝓpter ipfectionē iuſticie deuotis hoibus neceſſaria ē miſcōia. Dicit enī Hiero.⁊ habetur lxxxvj.di.q̄ clemētiā. Qui clemētiā nō habuerit q̄uis ſpūalis appareat.tñ legē dei nō adimplebit. Jdeo Amb.ſup epl̄am ad Tytz. Sūma x̄piane religionis ꝓſiſtit i diſciplina.in miſericordia ⁊ pietate. Subdit cor p̄miū.qm̄ miſericordiā conſequentur. De q̄ Greg. Qui miſericordiā a deo ꝓſequi deſiderat.neceſſe ē vt ipe egenti miſcōiam impendat vt ipleatur illud Luc.vj. Eadē menſura q̄ menſi fueritis remetiet ⁊ vobis.ſ.mēſura miſericordie. Nam miſericordes ꝓſequētur miſericordiam. P ¶ Maximo in vita gr̄am impetrat. Prouer.iij. Miſericordia ⁊ vītas nō te deſerat ⁊ inuenies gratiā apud deū ⁊ coram hominibus. Exemplum de cornelio Actu.x. Erat cornelius gentilis multas facies elemoſinas.⁊ ait ei angelꝰ. elemoſine tue ⁊ oſones tue aſcēderūt i conſpectu dei.⁊ ꝓpter miſericordiā fuit vocatus ad baptiſmū ⁊ ad noticiā vītatis fidei. ¶ Secūdo conſequit miſericordiā in morte. Hiero.i epl̄a ad nepocianū. Nō memini me legiſſe mala morte mortuū q̄ nonerit ſe i operibus miſericordie fuiſſe ſeduluz. Thobie.iiij. Magna fiducia coā ſummo deo erit elemoſina. Nam cū oñs amici hominē dereliquūt. elemoſina nō derelinq̄t eum. Amb. Non ſunt hominis bona q̄ nō pōt ferre ſecum.ſola elemoſina eſt comes defunctorum. ¶ Tertio poſt mortem. qz preibit in iudicio.ibi erit aduocata.pō.cxj. Jocundus hō q̄ miſerek ⁊c.qz x̄pus allegabit ꝓ his Mat.xxv. Eſurivi ⁊ dediſtis mihi māducare.venite bñdicti p̄ris mei ⁊c. Ecōtra vo ſcribit Jac.ij. Judiciū ſine miſcōia fiet illi q̄ nō facit miſcōiam ¶ Quarto poſt mortē miſcōia hominī p̄parat ecclīa Eccī.xvj. Miſcōia vnicuiq̄ p̄parat locū. Figurat.j. Nacha.ij. David i miſcōia, ꝓſecutꝰ ē regni ſedē. Et ſic miſcōia facit nos regnare cū deo.pō.cij Coronabit te i miſericordia ⁊ miſerationibus. Jō Hiero. O q̄tū bonum ē miſcōia.reddit ꝓ paruis magna.ꝓ tranſitorijs celeſtia. Jō Aug. Laudas mercatorē q̄ vendit plumbū ⁊ acquirit aurū.⁊ nō laudas illum q̄ erogat pecuniā ⁊ acquirit regnuz celeſte ⁊ eternā ſubam Ju.vj. Eſtote miſericordes Greg. Si nō habes panperē redditorē. habes tamē eū fideiuſſorē ⁊ deū debitorē. Jō Petrꝰ rauē. Da paupi terrā ⁊ accipe celū.da partē accipe totū et attribuit actiuis. Beda. Vita actiua ē eſurientī panē tribuere. ¶ Sexta beatitudo ē cordis mūdicia ⁊ bū ſeq̄tur miſcōiam Ambro. Miſericordiaz nō merek niſi mūdo corde mercak Greg. Quid ꝓdeſt ſua dare ōa ⁊ ſeipz ꝓ imūdicia diabolo.ſō Habac. Mūdi corde ſūt q̄s pſcētia peccati nō arguit ꝓpter q̄ docet Eſa.c.j. Lauamini⁊ mundi eſtote Tunc ſūdit eor p̄miū.qm̄ ipſi deū videbūt .vbi Leo papa. Qui deū deſiderat videre.neceſſe ē vt oc̄los cordis ab oñi ſqualore tergat. ꝓpter q̄ hortat nos Richb. Mundemꝰ ꝓ amorē vīutis pſcētiam ⁊ videbimꝰ eiꝰ gloriā.⁊ cōcordat Chriſ. Quāto magis a p̄auis opibus q̄s ſe abſtraxerit. tanto clarius deū videbit. Et hec beatitudo attribuitur marie ⁊ vḡinibus. ¶ Tales ꝓſequunť tria bona. Prio ſūt amici dei. Prouer.xxij. Qui diligit cordis mūdicia habebit regē amicū. Secō ſūt ōs miniſtri.pō. Imbulās i via imaculata h mihi miniſtrabit. Tertio regnāt cū deo.ij. Reg.iij. Mundus ego ſū ideo regnāt apud deū i eternū. Apoc. xiij. Virgines ſūt ⁊ ſequunť agnū quocūq̄ ierit. Septima beatitudo ē pax. De q̄ textꝰ. Beati pacifici .⁊ ſeq̄t bene mūdicia cordis.qz mūdato corde ab oibus paſſionibus icipit hō habere pacem mētis De q̄ Amb. Cū interiora ab oi labe vacuas pacē habere icipis. Jō ſm Hiero. Pacifici dicunť q̄ ꝓmo i corde deinde inter ffes diſſidentes faciūt pacē. Quid ꝓdeſt alios pacificare ⁊ i ſe bella vicioꝝ habere.nihil. Jō ōr ad Heb.xij. Pacem ſequimini.ſine qua nemo videbit deū. Et Job.xiiij Pacē haberez habebitis fructū optimū. Subdit eor p̄miū. Quoniā filij dei vocabunť.⁊ b ꝓpter ſimilitudinē.qz ſicut deꝰ ē dator ⁊ amator pacis.ſic tales amāt pacē. Greg.ſicut dei filij ſūt q̄ pacē diligunt.ſic ⁊ filij diaboli cenſenť q̄ diſcordiā ḡrunt Jdeo Jo.xij. Quātū i vobis ē cū oñibus pacez habete. Rō Aug.qz pax tale bonū eſt qō includit oē bonū. Jdē de vbis dñt. Pax ſingularia tollit. bella cōpeſcit.iratos cōp̄imit.ſupbos calcat. humiles amat.diſcordias ſedat.cūctis ē placita.qz ē amicoꝝ ꝓcordia ⁊ attribuit angelꝰ. Job.xxv. Qui facis ꝓcordiā in ſblimibꝰ.i.angelis. Illoꝝ hodie fit mētio i matutinis. Te ſanctū dominū laudant oñs angeli dicētes. ¶ Octaua beatitudo ē patiētia in ꝓſecutione. De q̄ textus. Beati q̄ ꝓſecutōez patiunť ꝓpter iuſticiā.i.amore iuſticie.nō rigore iuris vt latrōes.j. Pet.iij. Nemo vr̄m patiať q̄ſi fur vel homicida. Jdeo dicit ꝓpter iuſticiā. Chriſ. Si quis ꝓſecutus fuerit nō ꝓpter cauſā dei ſed ꝓ

ꝓpter tēpoꝛalia bona ille reꝰ ē.ꝛ tu beatꝰ non es.ſō debet eſſe ꝓpter deū. Vñ ꝛ pſecutōis ꝓpeſſio bene ſequit pacē.qꝛ habita pace coꝛdis poſt victoꝛiam viciozū ꝛ carnalū delectationuꝫ habiliozē hō ad ſuſtinēdū pſecutiones.Chꝛiſ.Nō ſolū ab hereticis ꝛ gentilibus.ſ ⁊ a quocūq ꝓpter iuſticiam Subdit p̄miū eoꝝ.qm̄ ipoꝝ ē regnuꝫ celoꝝ. Ecce hic ꝓmittit p̄miū ꝑme beatitudinis. Nō qꝛ vltima ꝓbat oēs vſq ad p̄mā vtrū vere ſint. De qua Greg. Qualis vnuſq̄ſq in ſeipō latet illata cōtumelia ꝓbat. Secūda rō.premiū regni ſignificat caſticē paſſionis. De q̄ Math.xx.cū mater filioꝝ zebedei petijt ihm.dic vt hi duo filij vnus ſedeat ad dexterā ꝛ alter ad ſiniſtrā. Rñdit ieſus. Poteſtis bibere calicē quē ego bibitur⁹ ſuꝫ. Ecce calix paſſionis ē regni p̄mium.vt vult apl'us.ij. Thimo.ij Nemo coꝛonabit niſi q̄ legitime certauerit. Ideo ibidē. Oēs q̄ pie volūt viuere i xpo pſecutionem patient. Nā p multas tribulationes oꝛtet nos intrare regnū dei. Actu.xiiij. Tertia rō.qꝛ ſancti qui ꝓ xpo ſuſtinuerūt merito cū eo regnāt.ij.ad.Thimo.ij.Si ſuſtinebim⁹ cōregnabim⁹. Idcirco Luce.xxij. Vos eſtis q̄ pmanſiſtis mecū in tēptatōibus meis diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meꝰ regnū. Et ſbdit i textu. Beati eſtis cuꝫ maledixerint vobis hoies.ſ.blaſphemātes ꝛ mala iꝓperātes ꝓpter veritatē ꝛ iuſticiā.ꝛ dixerint oē malū aduerſus vos.ſ. ꝓpter me mentiētes.ſic dictū ē ō xpo. Mat.xj. Ecce homo vorax ꝛ potatoꝝ vini ꝛc. Subdit. ꝓpter me. Ecce cauſa. ſubdit p̄mium. Gaudete ꝛ exultate. ecce ei merces veſtra copioſa eſt in celis.

¶ Sermo cxlviij ¶ Ad idem

Audete et exultate.

§ quoniā merces vꝛa copioſa eſt in celis. Mat.v. ¶ In verbis p̄miſſis duo innuunt. Primo exultatio ſanctoꝝ gloꝛioſa.ibi. Gaudete ꝛ exultate. Secūdo ſbiungit eoꝝ remuneratio copioſa.ibi.merces vꝛa copioſa ꝛc. De ꝓio dicit. Gaudete triplex eſt ē gaudiū. ¶ Primuꝫ eſt gaudium aniale. cū hoies gaudent de felicitate pctōꝝ. Prouer.ij. Letant cū malefecerint ꝛ exultant in rebus peſſimis.vt fornicatoꝛes ꝛ adulteri. Eccē.ij. Riſum reputaui errorē.ꝛ gaudio dixi.q̄d frustra deciperis. Reuera decipiūtur. Aug.de verbis dñi. Seculi letitia ē impunita nequitia.ſed reſtat futura triſticia. Apoc.xviij. Quātū glorificauit ſe in delicijs.tantū date illi tormentū ꝛ luctū. Aug.in ſoliloq̄o. Nemo p̄t gaudere i vtroq̄ ſeculo.qꝛ māna nō fuit datū durāte farina i egypto Exo.x. Ideo Bern. Delicatꝰ frater es ſi vis gaudere cū ſeculo ꝛ xpo.cū ōr Ju.vj. Ve vobis q̄ hic gaudetis ꝛ ridetis.qm̄ lugebitꝭ ꝛ flebitꝭ. Nec erit merces vꝛa. Job.xxj. Tenēt tympanū ꝛ cythară. gaudēt ad oꝛgani ſonū.ꝛ in puncto ad infernū deſcendūt.ibi implebit illud Greg. Momentaneū eſt qō delectat.eternū qō cruciat. ¶ Scōm gaudium ē ſpūale.ad Phil.iij.Gaudete in dño ſemp.i in gꝛa dñi.quē habemꝰ ita gratioſū dñm.qꝛ ex ḡtia eius ſumꝰ ad imaginē eiꝰ formati.ita chare redempti.ad eius gloꝛiā vocati. De quo Habacuc.iij Egō aūt in domino gaudebo.ꝛ exultabo in ihesu deo meo. Hā ſm Aug. Omnia efficit id in quo delectat.qꝛ eſt nature ſpeculatiue. Si gaudet in turpibus.turpis efficit. ſi in deo deus.de q̄ 1 Ioh.j. Choꝝ.vj. Qui adheret deo vnꝰ ſpūs efficit cū eo. Et hoc ē gaudiū ſpūale. ¶ Tertiū gaudiuꝫ ē eternale.de q̄ ps.cxlviij. Exultabūt ſancti i gloꝛia. Et hoc ē gaudiū ſtabile. Job.xvj. Gaudebit coꝛ veſtrū.ꝛ gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. Nam ſicut p totū annū ꝓdicamꝰ de vita ꝛ paſſione cuiuſlibet ſancti.hodie dignū ē vt dicamꝰ de gaudio generali eoꝝ vbi nūc ſūt. ¶ Nota multa ſūt genera gaudentiū in ꝟ mundo.ſicut hodie in celo. ¶ Primo gaudēt parētes de bonoꝝ filioꝝ multiplicatione.de q̄ Prouer.x. Filius ſapiēs letificat patrē. Et ſic pater celeſtis hodie gaudet de bonis filijs q̄s creauit.q̄ fuerūt obedientes ſuis p̄ceptis. Prouer.xxiij. Exultat in gaudio pat iuſti et mat que eū genuit. Et ſic mr̄ eccl'ia ꝛ ſancta trinitas.ſō canit p̄imū reſponſoꝝ. Summe trinitati ſimplici deo. ¶ Scōo gaudēt vgines vel ſpōſe de nuptiarū celebꝛatione.maxime ſi accipiūt ſponſum nobilē.pulcꝝ.diuitē ꝛ ſapientē.ſō in nuptijs ſunt inſtrumenta letitie. Et ſic hodie gaudet Maria mater noſtra vera ſponſa dei p̄ris. Ideo cū annūciare audiuit ſolennitatē ſue deſponſatōis q̄ debebat fieri mater filij dei.dixit Lu.j. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ꝛc. Sicut ꝛ dꝛ Zach.ix Exulta ſatꝭ filia ſyon. Reuera ipa gaudet coꝛona coꝛona regni ꝛ gaudij. Vnde in figura.iij. Regū.ij. Poſitus ē thꝛonus berſabee iuxta thꝛonu Salomonis. Vñ p̄t dicere illud Eſa.lxj. Gauꝛdens gaudebo in dño.ꝛ exultauit anīa mea i deo ſalutari meo.qꝛ induit me veſtimēto ſalutis.ꝛ q̄ſi ſponſā decoꝛauit me coꝛona. Cuiꝰ gaudij ꝓcipes effecti ſūt oēs vgines deo deſponſate ꝛ anulo fidei ſubarrate. Iō hodie gaudēt dicētes illō Apoc.xix. Gaudeam⁹ ꝛ exultem⁹.qꝛ venerit nuptie agni et demꝰ gloꝛiaꝫ deo. De quo ps. cxlix. Filie ſyon exultant in rege ſuo. ¶ Tertio gaudēt ciues de patrie recuperatiōe. Et ſic hodie gaudēt angeli.qꝛ vident celeſtē ciuitatē hierl'm de hominibus reparari. Nā celū erat deſertū p caſum angeloꝝ q̄ p fideles ſeruos recuperatur. Ideo gaudēt angeli cū beatis aiabus Luc.xv. Gaudiū ē angelis dei ſuper vno pctōꝛe penitētiam agēte. Eo q̄ vnus ē ō illis qui iplebit vacuū locū. quanto magis hodie de pluribus. Ideo implebit illud ps.xx. Super ſalutare tuū exultabunt vehemēter. ſ. angeli qꝛ deſideriū coꝛdis eoꝝ tribuiſti eis. ¶ Quarto gaudēt mercatoꝛes de lucri cumulatiōe. Vnde Prouer. xx. Malū ē malū ē dicit oīs emptoꝛ.ꝛ cū receſſerit gloꝛiabit de lucro. Sic hodie gaudent apl'i q̄ cōmutauerūt paleā ꝓ auro. arenā ꝓ lapidib⁹. ꝓciosis terrā ꝓ celo. Et diuites facti ſūt ꝓ paupꝛtate quā elegerūt. Mat.xix. Ecce nos reliq̄mꝰ oīa. quid ḡ erit nobis. Reſpōdit cētuplū accipietꝭ ꝛ vitā eternā poſſidebitis. Hodie de eis fit mentio in euangelio cū canit eccl'ia. Beati pauꝛes ſpū. qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. ¶ Quinto gaudēt pegrinꝰ exules de reuerſione in patriā. ſicut gaudebāt filij iſrl' reducti in hieruſalem.ps.cxxj. Letatus ſum bis

que dicta sunt mihi. Sic hodie gaudēt pīarche ꝛ ꝓphete de pūcta pīe q̄ hic fuerunt pegrini. Psal. xxxviij. Aduena ego sum ꝛ pegrinus sicut oēs pīes mei. ad Heb. xiij. Non habem⁹ hic manentem ciuitatē. Sed hodie gaudēt in celesti pīa de possessione eterne vite. q̄ erant exules ꝓpter crimē lese maiestatis parētum nr̄oꝝ. Isti tanc̄ pegrini semp cor habebāt ad pīam. donec p mortem summi sacerdotis reuersi sunt ꝛ introducti. Isa vl. gaudete cuz leticia q̄ in tristicia fuistis. ꝛ repleami ab vberib⁹ cōsolationis eius. ¶ Sexto gaudēt bellatores de hostiū interfectōne. sicut iudei de holofernē. Judith. vl. Erat ppl's iocūdus fm faciē sanctorū. Exo. xv. Submerso pharaone cantemus dño Hoc gaudiū habet exercitus martyꝝ. cui⁹ vexilli fer fuit beatus stephanus. Et de eis dr̄ ad Hebre. xj. Sancti p fidē vicerūt regna. ¶ Mā duplex fecit certamē diabolus ꝓtra eos. vnū vicioꝝ cōtra mentē. aliud psecutoꝝ ꝓtra carnē. Prima aciē vicerūt sancti p resistentiā. Secunda p patiam. tantos eī passi sunt ictus quot scuta eoꝝ. i. corpa fracta sunt in bello. Ipi vo nō ceciderūt ideo coronati sunt. vñ ysa. lx. Letabūtur coā te sicut q̄ letant ī messe. sic exultant victores capiētes predam quādo diuidūt spolia. ps. cxxv. Venientes aūt venient cum exultatōne. ¶ Septimo gaudēt operatores de mercedis receptione. et sic hodie sancti cōfessores q̄ xpo seruierūt cū cordis humilitate. corpis aspritate. cū opis fidelitate. ideo pūt dicē illud Psal. lxxxix. Letati sumus p diebus q̄bus vidim⁹ mala. Et sic cuilibet seruo in fine opis dicet. Euge serue bone ꝛ fidelis. qr talibus dicet illud. Gaudete ꝛ exultate. mat. v. O q̄ merito pūt gaudere hodie sancti de multis in celo. ¶ Primo habebūt gaudium supra se de claraviosione celestis regis. de quo ysa. xxxiij. Regē in decore suo videbūt. Et inde erit eis triplex gaudiū. Primo videdo faciē diuinā q̄ erit summū gaudiū. bern̄. Illud ē verū gaudiū q̄ nō de creatura ſ de creatore cōcipitur. in cui⁹ comparatione oīs iocūditas meroꝝ. oīe dulce amaꝝ. oīe decoꝝ fedū. Mā fm aug. Illa visio ē tota merces. Et si mali illā faciē viderent penis carerēt. Crisos. Carentia diuine visionis grauior pena ē q̄ pena gehenne. hocvez ē q̄tū ad penam damni. Scdo in eis ē gaudiū in visione hūanitatis in corpe glificato. ysa. xxxv. Ipi videbūt gliaz dñi ꝛ decorē dei nr̄i. Mā si illā claritatē nō permanentē sed transeūtem vidit petrus in monte thabor q̄ oim aliox oblitus mat. xvij. dixit. Bonū est nos hic esse. faciamus tria tabernacula. q̄d tūc de claritate glorie pmanētis in pīa. lō ps. lxxix. desiderant ait. Ostēde nobis faciē tuā ꝛ salui erimus Et Jo. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū verū deū ꝛ ihm xpm quem misisti. Tercio erit gaudiū in cōsideratione vnionis humane nature ad diuinā. O magnū ꝛ mirabile gaudiū erit electis cū cōsiderabūt q̄ frat eoꝝ fm carnez vere de⁹ ē. ideo bern̄. Plenū erit omni dulcedine videē hominē ꝛ hois cōditorē. Tūc implebit illud iohā. x. Ingredient ꝛ egredientur ꝛ pascua inuenient. Ingredient in diuinitatē. egredientur in hūanitatem. lō ysa. xxxv. Veniēt in sion cū laude sempiterna. q̄ leticia sup caput eoꝝ. Oñ fm augus. Nullum malū ibi erit. nullū bonū latebit. ¶ Secundo habebūt gaudiū p eo q̄ infra se est. s. ab inferno. q̄ veracit euaserūt. hic vo hō nō ē certus an amore vel odio dei dignus sit. Eccls. ix. Inde etiā habēt triplex gaudiū. Primo videt demones pstratos a q̄bus hic temptati fuerūt. Scdo videt se securos in ppetuū ab oīi temptatōe. Sap. iij. Justoꝝ aie in manu dei sunt. ꝛ nō tanget illos tormentū malicie. Tercio videt malos ibi cruciari q̄ eos h̄ multiplicit leserūt. ꝛ in hoc laudāt diuinā iusticiā. ps. Letabit iust⁹ cū vi. vn. ideo ps. lxxxiij. Beati qui habitāt in domo tua dñe. ps. Exultabit lingua mea iusticiā tuā. ꝛ os meū ānūciabit laudē tuaz. Eccli. lj. Dedit mihi dñs linguā mercedē meā. ꝛ in ipsa laudabo eū. Ideo fm docto. resumptis corpibus erit laus vocalis. ſ fm Remi. in lingua hebrayca ideo ysa. xliij. Pplm istū formaui mihi laudē meam narrabit. Sancti ergo deū laudāt. pctōres vo vlulant. ysa. lxv. Ecce serui mei laudabūt p exultatione ꝛ vos clamabitis p dolore cordis ꝛ p cōtritione spūs vlulabitis. ¶ Tercio hūt gaudiū ab aīs a celo in q̄ sunt. Inde hūt triplex gaudiū. Primo a loci claritate. apoc. xxj. Ciuitas illa nō eget sole. ſ agnus dei illuminabit eā. Et sequtur. Nox vltra nō erit. Hāc claritatē petijt thobias. c. xiij. Beatus ero si fuerint reliq̄e seminis mei ad videndū claritatē hierl'm. Mā ille sol celestis lucet ibi. q̄ dixit Jo. viij. Ego sum lux mūdi. Secūdo a loci puritate. apoc. xxj. Nil coinq̄natū intrabit. Tercio a loci delectabilitate. Baruch. iij. O isrl' q̄ magna ē domus dñi. ꝛ ingens locus possessionis eī⁹. Et p sens mūdus velut pūctus ē respectu celi. bern̄. Ciuitas celestis māsio secura totū cōtinēs quod delectat. ideo ps. lxxxvj. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. lō meliox ē dies vna in atrijs tuis: super milia. ps. lxxxiij. ¶ Quarto hēbunt gaudium ab eo q̄ ē post se. i. a corpe xpto q̄ hic reliquerunt. Inde erit triplex gaudiū. Primo a corpis claritate. matb. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ. Secundū gaudiū a corporis immortalitate. j. Cor. xv. Oportet hoc corruptibile induere incorruptōnem. ꝛ hoc mortale induere immortalitatem. tunc implebitur illud apocal'. xxj. Mors vltra nō erit. Tercīū gaudiuz a corporis agilitate. de quo Augusti. Voi velit spūs. ibi protin⁹ erit ꝛ corpus. q̄ nia implebitur illud. j. Cor. xv. Semiatur animale. surget spūale. id est obedīēs spiritui. Dicit magister in. iij. dis. xlix. Sine omni scrupulo credendū est eos habituros maiorem gloriam post iudiciū q̄ ante. quia maius erit eoꝝ gaudiū. eo q̄ extensiue diffundet ab aia in corp⁹ ¶ Quinto habebūt gaudiū ab his qui erūt ad sinistrā. s. a sanctis angelis. Et illud gaudiū erit triplex. Primo cum eis immutabiliter vivendo. de q̄ Matb. xxij. In celo non nubent neq̄ nubent. sed erūt sicut angeli dei. Secūdo cum eis deum laudando Isa. vj. Non cessabunt clamare die ac nocte. scūs sanctus sanctus. de quo ps. Beati qui habitant in domo tua domine. in secula seculoꝝ laudabūt te. Tercio habebūt gaudiū sine modo. cum eis eternaliter deum videndo ꝛ amando. De quo Hern̄.

in meditationibus. Amabim⁹ sine mō. videbim⁹ sine termino. coherebim⁹ sine medio. sicut idē dicit in li. de diligendo deū. Quō stillabūt aque vine z ferrū igni vnīt. sic sancti vniti sunt deo. ¶ Sexto hūt gaudiū ad dexterā. s. a venerabili societate. z erit triplex. Primo ex multitudine. Apocal. vij. Vidi turbā magnā quā nemo dinumerare poterat. Nam si nō possumus numerare stellas celi. arenā maris z guttas aq. multo minus numerus sanctoꝝ. Job. xxv. Nō ē numerus militum eius. Dañ. vij. Millū milia ministrabāt ei. z decies cētena milia assistebāt ei. Secūdo hūt gaudiū ex societatis nobilitate. s. beate ꝟginis. oim sanctoꝝ. angeloꝝ. apl'oꝝ zc. quoꝝ hodie oīm celebritas ē vna Tercio hūt gaudium de societatis amicabilitate. Isa. xxxij. Sedebit ppl's meus in pulcritudine pacis z in reqe opulenta. vbi nulla discordia. de quo ps. Qui habitare facis vnanimes in domo. nam ibi erit pax z vnanimitas cū deo angelo. primo z corpe ꝓprio. ¶ Nā duo sunt facientes discordiā q in celo nō erūt. Primū ē superbia. puer. iij. Inter superbos semp iurgia sunt. illa nō erit ibi. ps. Non habitabit in medio dom⁹ mee q facit superbiā. Secūdū ē invidia z illa nō erit ibi. de qua aug. super Joban. Non erit aliq̄ invidia disparis claritatis. vñ Gre. iij. moꝝ. Tanta ē ibi vis vnitatis qōvnusq̄sq; in seipo nō capit. in alio se accepisse exultat. s. p charitatē. de q Gre. Nō tuū p laborē. meum p amorē. Quapropt hortat nos aug. in li. de vilitate agēdi pniam. Frēs illuc festinate vbi sp viuatz. si ista fluida vita diligit. q̄nto magis vbi feruēter sancti in deo letant. ¶ Dixi secūdo subiūgit eoꝝ remūeratio copiosa. ibi. Merces vra copiosa ē in celis. ¶ Item merces sanctoꝝ bz plures cōditiones. Primo em recipit celeriter. apoc. xxij. Ecce venio cito z merces mea mecū. Hevera citovenict. s. p⁹ morē. lu. xij. Qua hora nō putatis filius hois veniet ad remunerandū bonos. ¶ Scōo deservit facilit mat. x. Quicūq; potū dederit vni ex minimis meis calicē aq̄ frigide nō pdet mercedē suā. s. in celis. Idcirco noli esse impatiēs in aduersis. nihil ē qō pateris si mercedē attēdis. ō hiere. xxxj. Quiescet vox tua a ploratu z oculi tui a lacrimis. qz adest merces operi tuo. Berñ. Si labore terreat respice mercedē. ¶ Tercio solvit liberalit. qz dī copiosa. vñ berñ. Merces sctōꝝ est tā magna q nō pōt mēsurari. mīta nō nūerari. pciosa ñ estimari. copiosa nō finiri. ō ps. Replebit in bōis desiderīū tuū. sup q dicit Orosi⁹. Replebūt omēs sensus exteriores z interiores celestibus deliciis. ps. Cor meū z caro mea exultauerūt in deū vīū. augu. Duo sunt sensus. interior z exterior. Exterior reficit in cōtēplatōe hūanitatis. Interior in cōtēplatōne diuinitatis. de q Leo papa in li. de fide dicit. Deꝰ hō factus ē vt totū hoiem beatificaret. Istud q obiectū tam fulgidū ē q̄ ois alia claritas sanctoꝝ z siderū ē q̄si calam⁹ ardēs respectu totius vniuersi. ō berñ. O btā merces xp̄m videre in seipo in nobis z nos in ipo felici iocūditate. de qua aug. sic loq̄tur. Nō ppauit deus diligentib⁹ se fide nō capit. spe nō attingit. charitate nō cōprehēdit. acq̄rī pōt. estimari non pōt. Quarto possidebit

ꝓhennit. Eccli. xviij. Nō verearis vsq; ad mortem iustificari. qñ merces dñi manet ineternū. nō em deficiet q̄tūcunq; diu ea vtamur. qz nō ē transitoria sed sempiterna. aug. O hō exardesce in amore dei z desiderio vite eterne. cuius lux ē veritas. cuius lex charitas. cuiꝰ modus eternitas. ibi actio ñ operosa. requies nō desidiosa. ibi sanitas sine infirmitate. pulcritudo sine deformitatē. iocūditas sine merore. sapia sine errore. vita sine morte. Sap. v. Justi in ꝑpetuū vivent. z apud dñm est merces eoꝝ. Gen. xv. Noli timē ego merces tua magna nimis. Hanc mercedē adepti sunt oēs sancti q̄ū hodie solennitatē celebram⁹ letanter. ¶ Ꝓo quo sciendū hodierna festivitas ē gaudiose celebranda. quia varijs de causis ab eccia ē instituta. ¶ Primo ꝓpter dei gl'ificatōnem. vñ Guil'. altisiodorensis. Qui sanctis honorē impēdit illū specialiter honorat q̄ eos sanctificavit. qz honor ministrorū ē veneratio dñoꝝ. In figura illius heliseus dixit se fore ꝑsentem qñ naaman syrus descendit de curru faciens reverentiā giezi seruo suo indigno. ideo hortat ꝑs. Laudate dñm i sctis eī⁹. ¶ Secundo celebrat ꝓpter auxilij ꝓticipatōem. berñ. in ser. de oibus sanctis. Si potentes fuerūt in terris. potentiores sunt in celis. qz pīa nō minuit charitatē ꝟ augmētat. Maxim⁹ in ser. Eoꝝ merita sunt nra suffragia. eoꝝ cruciatus sunt nri profectus. Quō em cognoscūt nra desideria. Vīdet. s. tho. in. iij. q cognitōne matutina. s. in deo. nō aūt cognitōne vesptina. s. in seipo. vñ gre. Quid nō videt q videndo oia videt. berñ. Ibi sci mgrm viāsse est oia didicisse. ¶ Tercio celebrat ꝓpter spei sublimationem. vñ berñ. Quid ē q nō solū difficile ꝟ etiā videt nobis impossibile cū boies fuerunt sicut nos ideo festivitatis eoꝝ celebratio ē nre fidei cōfirmatio. Maximus in ser. Nūq; ita cōstanter vitam extendissent nisi alterā beatitudinē sensissent. ō non timeamus nimiū. augu. in ser. de martyrib⁹. Quid timebo membroꝝ damna cū securitatem accipio de numero capillorū. mat. x. Omēs capilli capitis vri nūerati sunt. z vnus nō pibit ex istis. ps. Custodit dñs ossa sanctoꝝ. vnum ex bis nō conteretur. ¶ Quarto celebrat ꝓpter eoꝝ imitationē. de quo Crisost. sup mat. Que ē iustitia sanctos colere z sanctitatē spernē. sine causa iustos colit q̄ iusticiā spernit. Ideo hortamur. j. Machab. viij. Mementote quō salvi facti sunt ꝑres vri. Aliqui p voluntariā paupertatem vt apostoli. Aliqui p servitutē vt patriarche z ꝓphete. Aliqui per patientē tribulationem vt martyres. Aliq̄ p misericordie pietatem vt confessores. Aliq̄ p corporis castitatē vt virgines. Aliqui p penitentie asperitatē. vt veri penitentes. sic z nos. Maximus in sermone de omnibus sanctis. Quem delectat alicuius sancti meritū z premiū. delectari debet par z obsequiū. ¶ Quinto celebrat ꝓpter templi cuiusdaz dedicationē. Romani em cum vniverso orbi dominarent. quoddā tēplū construxerūt. in cuius medio suū ydolū collocantes oim ꝓvinciaꝝ simulacra q circuitū statuerūt. respicientes rectis vultib⁹ ydolū romanoꝝ. si q̄s aliq̄ provincia rebellaret cōtinue arte diabolica illius provincie sil'acꝝ ydolo romanoꝝ posteriora

vertebat.innuens q ab eius oñio recessissent. statim illuc romani exercitū destinabant ⁊ ipam suo dominio subiugabāt. Et illud templū vocauerūt pantheon.qđ sonat toti dij. ⁊ dī a pan qđ ē totum ⁊ theos deus.⁊ durauit tamdiu vsq; ad temp⁹ imperatoris foce. Tūc Bonifacius quartus papa impetrauit hoc templū a foca cesare.et cōsecrauit in honore beate v̄ginis,⁊ oīm martyr̄ xp̄i.⁊ appellauit locum sancte marie v̄ginis ac martyr̄ xp̄i. ⁊ a populo appellat ad sanctā mariā rotūdā. Et post hoc q̄dam papa Gregori⁹ hoc festū kalendas novembris instituit.⁊ p̄ vniuersum mūdū hūc diem in honore oīm sanctor̄ celebrari solēniter ordinauit. ¶ Sexto celebrat ꝓpter omissor̄ implet̄ones. q; nos multos sanctos obmittim⁹.⁊ ꝓpter eorū multitudinē celebrare nō possum⁹ ꝓpter nostram infirmitatē ⁊ tp̄is brevitatē. ideo eccl̄ia ordinauit vt vno die eos simul honorabimus. ¶ Septimo ꝓpter negligētie suppletionē. q; licet aliquor̄ festa celebram⁹.tū negligēter.ideo hodie p amorem ⁊ deuotionē supplere debemus negligētiā in festiuitatibus gactam. ¶ Octauo ꝓpter facilitatē oīonū nr̄ar̄ impetrationē. Sicut hodie oēs sanctos vniuersaliter honorabimus.sic ipi hodie intercedūt p nobis. Hiero. Impossibile est multor̄ oīones nō exaudiri.de q̄ hodie in collecta dī. Desideratā nobis tue ꝓpiationis abūdantiā multiplicatis intercessorib⁹ largiaris. Intercedūt em̄ sancti pro nobis merito ⁊ affectu.merito dū nobis eorū meritis suffragant.affectū dū merita nr̄a cupiūt adipiere. ¶ Exemplū legit. Cū custos q̄dā eccl̄ie sancti petri hac die ex deuotōne omnia altaria circūiret.⁊ oīm sanctorū suffragia implorasset ⁊ demū venisset ad altare sancti petri. ibi paululū req̄escens extra se rapit ⁊ vidit regem regū in sublimi solio et om̄es angelos in circuitu morantes. tunc virgo virginū cū dyademate p̄fulgenti venit.quā innūerabilis multitudo virginū sequebat. Huic rex protinus assurrexit ⁊ posito solio sedere fecit. Post hoc venit q̄dam vestitus pilis camelor̄ quē seq̄bat multitudo venerabiliū senior̄. deinde venit alius pōtificali habitu decoratus. quē cohors in habitu cōsili seq̄bat. Postea ꝓcessit innumerabilis multitudo militie.demum aduenit turba diuersar̄ gēnū infinita. Oēs igit añ regē aduenerūt ⁊ ip̄m flexis genibus adorauerūt. Iste aūt qui in pontificali habitu erat incepit matutinas ceteris ꝓsequētibus.Angelus aūt q̄ ꝓdictū custodē ducebat eidē visionē exposuit. asserēs v̄ginē in prima acie mr̄em dei esse.vestitū de camelor̄ pilis Johānem baptistam cū patriarchis ⁊ ꝓphetis.⁊ pontificali ornatu petrū cū ceteris aplis.milites martyres.turbam reliquā cōfessores. Hi om̄es añ regez venerūt.vt p honore sibi hac die exhibito a mortalibus gr̄as agerent.⁊ p orbe vniuerso orarēt.deinde ad locū alīū ip̄m duxit ⁊ utriusq; sexus homines videns.alios in stratis aureis.alios in mensa gaudētes diuersis delicijs. alios nudos ⁊ inopes auxiliū mēdicantes.⁊ dixit hūc purgatorij locum esse.abūdantes illas aias esse q̄bus ab amicis per multa suffragia copiose subueniebat. egētes esse aiaz nulla cura habebat. Jussit aūt vt oīa summo pontifici intimaret vt post festū oīm sanctor̄ diem statueret aiaz.vt saltē generalia suffragia fierent p illis q̄ specialia habere requirēt.

De animabus defunctor̄. ¶ Sermo.cxlix.

Atende anime mee ⁊ libera eam. Scribitur ps.lxviij. Et legit̄ pro salute aiaz.⁊ applicat̄ p nr̄is fmonis exordio. ¶ In verbis p̄missis duo innuuntur. Primo postulatio beneficij ⁊ pietatis.ibi. Intende anime mee. Secūdo explicatio subsidij ⁊ charitatis.ibi.⁊ libera eā.de primo dicit. Intende anime mee.nō dicit.intende bonis derelictis.nec intēde bonis corp̄is.ꝫ anime. Item intendere debemus aiabus defunctor̄ plurib⁹ de causis. D ¶ Prio ꝓpter naturā docentē. Est nanq; lex nālis q̄ docet mat.vij. Dia q̄cūq; vultis vt vobis faciāt homies eadē facite illis. Et hoc intelligit.q̄cūq; vultis fm rectā rōem. Et sic si velletis liberari coopamini liberationi alior̄.dicit nāq; Alber.in lib.rex.q; irrōnalia aialia vt cerui ⁊ elephantes succurrūt alīs. Cerui cū debent ptrāsire magnā aquā fortes ordināt in p̄ncipio ⁊ in fine. ⁊ debiles in medio vt sustentent a fortib⁹ ponētes capita sup dorsum fortiū ceruor̄.⁊ sic transuadant. Silr elephas si ceciderit p se surgē nō pōt.tūc clamat. currūt aūt alia aialia;⁊ subueniūt. q; scribit Eccl̄i.xiij. Oīne aial diligit sibi sile. Si hoc faciūt irrōnalia.multo magz rōnalia.vt docet ap̄lus ad Gal.vj. Alter alterius onera portate.ad Ro.xv. Debem⁹ nos firmiores imbecillitates infirmor̄ sustentare. Ambr. Nil tā piū sicut iuuare cōsortē. nā oēs sum⁹ miserabiles ⁊ defectuosi. Idcirco nūc sim⁹ misericordes.proverbio.xix. Nō indigēs misericors ē. Eccl̄i.xxxj. Intellige q̄ ꝓximi tui sunt ex teipo. ¶ Secūdo,ꝓpter scripturā ammonentē. Nā ois scriptura ve.⁊ no.te. hortat nos ad subueniendū aiabus. Eccl̄i, vij. Mortuo nō ꝓhibeas gr̄am. Item.ij. Mach. xij. Judas machabe⁹ misit.xij.milia dragmas argenti hierl̄imā offerre p pctis mortuor̄. cōsiderauit em̄ q; hi q̄ cū pietate dormierāt optimaz hr̄ent repositā gr̄am. Sctā ḡ ⁊ salubris ē cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a penis soluant. Ecce h̄ ē p̄ eos q̄ dicūt q; auaricia sacerdotū excogitauit ꝓmemoratōes aiaz.qđ ē falsū.q; scribit Eccl̄i.iij. Elymosina p̄is tui nō erit in oblīuiōe.⁊ p pctō mr̄is restituetur tibi bonū.i.pro subsidio p̄is ⁊ mr̄is fiet tibi recompensa.qualis. Subdit ides ibidem. In iustitia edificabit tibi.in die tribulatōnis cōmemorabitur tui. Et sicut in sereno glacies soluentur. sic tua pctā. ꝓpter qđ est eccie sancte cōstitutio.de cel̄. missa.c. Cū creatura.q; nulla missa debet celebrari quin defunctor̄ debet fieri memoria. ¶ Tercio ꝓpter amicitiam refulgentem.pverb.xvij. Om̄i tempe diligit qui ē verus amicus.s. tempe sanitatis.infirmitatis.leticie ⁊ tristicie.tempe vite ⁊ mortis.tempe ꝓsperitatis ⁊ aduersitatis.de q̄ Grego. Lex vere amicicie est vt qui diligit in ꝓsperitate. diligat ⁊ in aduersitate.vt docet ihus filius sirach Eccl̄i.vj. Si possides amicū in tēptatōne possidebis illum. Sed heu amicicia vera est rara.q; multi se ostendūt amicos in ꝓsperitate.pauci vo reputāt

in aduersitate. de quo ꝓuerb. xix. Multiplicant amicos plurimos. a pauperibus aūt separantur quos habet. Et implet illud Eccli. vj. Est amicus socius mense. et nō permanet in tpe tribulatōis. ps. Oblivisci sunt būfactores eius. ꝓpter qō dicit Hostra in sententijs. Amici nō probant bū in ꝓsperis nec in aduersis. sic cōtingit pauperibus vt scribit Gelasius papa. et habet. xxv. q. ij. Sicut folia deserūt arborē in hiemis aduersitate qñ illis contra frigora plus indigeret. ita q̄ conuertūtur ad inimicicias tpe pauperis amici. Fontin⁹ de mutabilitate rerū dicit. Si quis se amicū iactat talē se non verbis nec ope demonstret. iuxta illud. j. Io. iij. Non diligam⁹ verbo nec lingua. nec ope et veritate. dicit ibidē. Qui viderit frēm necessitatem patientē et clauserit viscera sua ab eo quō charitas ꝑis manet in eo. Et sic nos sumus fratres. mat. xxiij. Omnes em frēs estis. vnus em ē ꝑ vester q̄ in celis ē. vbi aug. Omnes frēs sum⁹ fm q̄ homines. q̄to magis fm q̄ xp̄iani sumus et in fide xp̄i. Hōne fraternitatis spūalis ē vnus pater de⁹. vna mr̄ eccia. q̄ fraternitas tanto magis restringit ad diligēdū q̄to reuerentior deus pr̄ q̄ homo carnalis. et mr̄ eccia q̄ mr̄ carnalis. et celestis hereditas q̄ tpalis. Ideo faciam⁹ iuxta illud. j. macha. v. Conuenit em̄ eccl̄ia magna cogitare q̄d faceret fratribus in tribulatōe. Agam⁹ iuxta illud Deu. xv. Precipio tibi vt aperias manū tuam egeno et pauperi. Et oñdamus verā amicicia. nā fm Fontinū. q̄ fingit amicicia peior ē illo q̄ fabricat falsaz monetā. Et sicut ex vera amicicia tenemur subsidiū corpi. multo magis anime. de quo aug. in lib. de cathezizandis rudibus. Sicut sententia ēvbis ꝓponenda. ita corpi aia. ¶ Exemplū de abbate q̄ debebat mori. Aduentātibus fribus et tractantibus de abbate eligendo. Abbas infirmus rogauit ꝑ anūculo suo vt eligeret in abbatē. Et factuz ē. mortuo illo habebat purgatorū in fonte. Et abbas elect⁹ amic⁹ defuncti deambulās in horto circa fontē. audiuit lamentabilē vocem. interrogauit q̄d ibi esset. Rñdit. Ego sum quondā abbas amicus tuus et cruciorbic ex eo q̄ ꝓcurauit te eligere i abbatē. Cui ille. Nō est tibi magna pena. qz in aq̄ refrigeris. Rñdit aia illius Vade fer eneū candelabrū de eccl̄ia et mitte in fontē et videbis. Allato candelabro et in fontē misso dissoluebat sicut cera a facie ignis. Nec̄ lego q̄ aliq̄d boni ꝑ aia ei⁹ fecisset. ecce quāta ingratitudo. aug. Ingratus est q̄ accipit būficiū et nō reddit obsequiū. ¶ Quarto tenemur eis subuenire ꝓpter causam indigētē. sunt em̄ valde indigētes. qz pauper. ps. lxxiij. Memas pauper tuor ne obliuiscaris. Pauper sunt quia nihil opari p̄nt. vt dicit ps. cvj. Sedentes in tenebris et in vmbra mortis vinctos i mēdicitate et ferro. Constat q̄ tenebre impediūt operōnem q̄ se iuuare nō p̄nt. Eccl̄s. ix. Non ē opus nec rō apud inferos. Vincula impediūt euasionē. mēdicitas solutionē. q̄ nō p̄nt satisfacere diuine iusticie. Sunt tū membra corpis mystici. ideo p̄nt capere influētiam a corpore. et quanto eorū mendicitas maior. tanto in subueniendo ē eis pietas copiosior. qz dicit augustī. Magna pietas est illos iuuare q̄ se iuuare non possunt. Sed quō p̄nt scire quādo quis eis būficia impendit. Rñdet fm aug. in li. de cura agenda pro mortuis q̄ quatuor modis p̄nt scire. ¶ Primo ex liberatione vel ad min⁹ ex pene alleuiatione. qz si nō statim liberant qñ ꝑ eis aliq̄d fit. tū aliquātulū minus patient vt volunt doctores cōiter. Sed mgr̄ henric⁹ de hassia dicit q̄ acerbitas non mitigat sed solū fit eis refrigerū. Verbigr̄a. Sicut portans intolerabile pondus. et ē alicui q̄ prestat ei haustū aq̄ frigide. apparet sibi q̄ leuius portat. licet sit idē pondus. et sic eis pena alleuiat ꝓ nr̄a suffragia. Et tamen hec duratio pene abbreuiat. licet fm Henricū acerbitas nō mitigatur. qz aie in purgatorio summe appetūt vt deum beatifice viderēt. ꝓpter qō magis eligerent acrius pati q̄ eo citius ad deū venirēt. Sed prima rōsio est cōior. Et sic fm doctō. ex alleuiatōne pene cognoscūt q̄ aliq̄d fit ꝑ eis. nec tū adhuc ex se nesciūt q̄d aliq̄s facit. ¶ Secūdo pcipiūt hoc ex angelica reuelatōe q̄bus cōmisse erant in bapmo aīe et post q̄ sepe eas visitant et exhortant eas ad patiam. illi dicūt eis determinate q̄d sit et quid faciūt ꝑ eis. et dicūt eis qñq̄ terminū pene. et in hoc valde consolant eas. Sic angelus thobiam Thob. v. c. Forti animo esto. in ꝓximo est vt cureris. ideo canit ecclesia. Mitte archangelū michaelem vt ille dignetur eas eripere de penis tenebraz. ¶ Tercio percipiūt hoc ex decedentiū relatione q̄ descēdunt ad eas. et que agnouerūt ꝑ eis fieri anteq̄ decederēt illis nūciant ex charitate. qz in purgatorio non ē odium nec inuidia sicut in inferno. Sed charitas maior q̄ in mūdo. ideo vna aia consolat aliā quō pōt. ¶ Quarto pcipiūt hoc ex diuina inspiratione sicut sancti homines qñq̄ in hoc seculo ex diuina inspiratione cognoscūt q̄d a se scire non p̄nt nec̄ ab alio didicerūt. Dñ legit in apiario q̄ q̄daz defuncte pcibus cuiusdaz viri sanctissimi resuscitatus fuit. Hic referebat se vidisse et audisse q̄ aia cuiusdā quē hic in vita ꝑsonam nouerat grauissime torquebat. q̄ in medio ignis subito exultādo clamauit. Eya misericordissime deus gratias tibi ago q̄ non in finem oblitus es mei. Cui alia anima consors in pena. Vnde tibi talis exultatio in talibus horrendis penis. At illa. Merito tripudio. quia a domino datum est mihi scire q̄ hodie natus est puer. qui postq̄ ad virilem etatē venerit p̄sbyt̄ efficietur. In cuius prima missa ab his penis ad eternam requiem euolabo. ¶ Sed diceres. si aliq̄s facit aliquid pro anima defuncti quem nunq̄ vidit nec nouit in seculo. an anima potest eum cognoscere in purgatorio. Respondet q̄ q̄dm est in purgatorio non cognoscit eum determiate sicut eos quos in seculo nouerat. Nihilomin⁹ anima regratiatur ei et desiderat eū agnoscere et diligit eum. sicut nos facim⁹ qñ aliq̄ bñfactorem ad nos quos nūq̄ vidimus. Sed postq̄ liberate fuerint et puenīūt ad celos tūc cognoscūt oēs bñfactores suos determinate q̄s prius nūq̄ viderunt. et magnifice regratiant illis pro eis orantes deū.

¶ Sermo. cl. Ad idem.

Mortuo non prohibe-
as gratiam. Ecclesiastici. vij. ¶ Idem⁹

q̄ membra sana interim q̄ sunt in corpe non absci
sa vegetāt a corpe. Spūaliter. Sic anime defun-
ctor sunt membra corpis xp̄i mystici. s. eccie sc̄e.
Ro. xij. Sumus em̄ inuicē mēbra. z sunt sana z fi
putrida nec abscisa. i. in charitate mortua. z non si
ne charitate decesserūt. ideo vegetant a corpe. i. p-
ticipes sunt bonor eccie. de quo dr̄m. Charitas ē
virtus largiflua q̄ facit oia cōmunia. vt hr̄ de ps̄e.
di. iiij. eccleſie. vbi dr̄. Qui sunt in charitate pti-
pes sunt oim bonor opex. xpter qō dicit. vnū mē
brū corpale aliud respicit z ei dolēti subuenit z cō
dolet. Sic spūale exūs in charitate cōdolet z sōue
nit. ¶ Item mortuo nō debemus denegare
gr̄am xpter multa. ¶ Primo xpter penas. nā sm
tho. in opibus mie illis citius ē succurrendū qui i
maloribus sunt penis. Et sic anime in purgatorio
sunt in tanta pena quam nemo in terris passus ē
aut excogitare pōt in hac vita. aug⁹. Ignis purga
torij ē durior q̄ dequid excogitari pōt. licet ei mar
tyres innumerabilia passi sunt tormenta. vt Lau
rentius Petrus katherina Vrsula ⁊c. nūq̄ in eis
talis pena inuēta ē. aug. Granius ē esse in purga
torio q̄diu pōt oculus claudi. hoc ē quo ad ictus
oculi. q̄ fuit pena in craticula sancti Laurentij. Et
subdit. Qui purgatorīū petit. nescit q̄d petit. ideo
scribit Jacobus epūs tusculan⁹. q̄ q̄dam mortu⁹
p̄cibus cuiusd̄ sancti fuit ereptus de purgatorio
ad agendū p̄nām in terris. hic ita se afflixit q̄ i se
pulcris habitauit in nive in glacie z in igne se vo-
lutabat. Interrogatus cur hoc faceret. Rūdit. Si
lacus ante eccīam totus igneus essz mallem in eo
esse vsq̄ in diem iudicij vt possem euadere penam
purgatorij. ideo Crisо. Intende aie mee quascūq̄
penas seculi totū leue erit respectu pene purgato
rij. nā dicit aug. Iste ignis hic in mūdo est velut
ignis depictus i ardore respectu pene purgatorij.
Et cum sm aug. pctā magna sine qua nō pōt esse
impunita. ideo idē in libro de pnia dicit. Purgan
dus ē igne purgatōnis q̄ distulit fructū cōuersio
nis. ps. lxxij. Conuertek ppls meus hic. s. p penitē
tiā nō leuē sz arduā. si vis euadere penā purgato-
rij. xpter qō inqt Hiero. Intende qualitatē z q̄n-
titatē pnie q̄ debet pene purgatorij eq̄pollere. Id
circo xpter grauitatē pene dicit Guil. in ratōnali.
In missa defunctor nō canit Gloria. q⁹ nō sunt i
ea. nō dak pax. q⁹ pace nō fruūtur. ideo petimus.
Req̄em eternaz dona eis dñe. nec osculū dak post
euāgeliū. q⁹ plenā amicitiā nondū hūt. nec cande
le accendūtur ad euangeliū. q⁹ nō sunt in luce sed
in tenebris. lō petim⁹ in missa. Lux pp̄etua luceat
eis. ¶ Sz di. ē ne ignis purgatorij corpal⁹ vel
spiritualis. Rūdent docto. sup. iiij. senten. q̄ ignis
purgatorij ē corpalis. ¶ Sed diceres. quō tūc po
test agere in spūm. Rūdek q̄ iste ignis pōt cōside-
rari duplicit. Uno mō vt ē rex corporea. z sic nō
habet agē de natura sua in spm̄. Alio mō cōsidera
tur p̄t ē instrumentū diuine iusticie vindicantis
Hoc em̄ exigit ordo diuine iusticie vt anima q̄ ha
bet materiam igni congruentem. s. peccatuz arde-
at in eo. In simili sicut filum in stupa cito consu-
mitur p ardorē ignis. Si autem pinguedine de se
po vr cera lūgatur. de quāto pinguedo maior ad
beret filo. de tanto diutius durat in igne. z sic de
anima. de quanto maius peccatum. de tanto am-
plius durat in purgatorij igne ¶ Sz diceres. quō
anime exute teneri possunt a corporali igne. Re-
spōdet magister Julianus. Si spūs viuentis ho
minis tenek in corpore. cur non etiam post mortē
corporēo igne teneak. augu. xij. de ci. dei dicit. Sic
aia cōiungik corpi vt det ei vitā. cuius illud spūale
z hoc corpale. Et aia aggrauak p corpus. Bas. ix
Corpus q̄ corrūpik aggrauat animaz. Et sic iste
ignis ita se hz q̄ spūs incorpore⁹ ei coniūgi pōt.
¶ Sed di. a quo aūt puniūk virū p demones vl
p angelos. Rūdit sanctus Tho. super. iiij. senten.
q̄ puniūtur a diuina iusticia nō a demonibus q̄r
victores extiterūt. nec ab angelis bonis. quia con-
ciues suos non affligūt. Sed tamē possibile est vt
eas ad locum penarū adducant. sz diuina iusticia
eas punit. ¶ Sed diceres. vtrū idem sit locus pur
gatorij z inferni. Respondet sanct⁹ Tho. sup. iiij.
sententiax. Locus purgatorij est duplex. s. sm le-
gem cōmunē z dispensationē. Primo modo ca-
piendo. tunc locus purgatorij inferno ē coniūct⁹.
vt dicit Hiero. q̄ infernus est in medio terre. sicut
cor in medio animalis. z supra infernū ē purgato
riū generale. Attamē aliqua sunt loca priuata i q̄
bus anime puniūtur sm dispensationem xp̄i de⁹
statuit. Sed quare aliq̄ in priuatz locis puniūtur.
Rūdek q̄ q̄tuor sunt cause assignāde. R ¶ Pri-
mo xpter eor celerem liberatōnē vt possent alīs
indigentiam revelare. vt legik de piscatoribus epi
scopi Theobaldi. qui piscantes tempe estatis ce-
perūt vnam magnā ptem glacie cogitantes. hoc
valet episcopo p refrigerio pedū. q⁹ erat infirm⁹.
z allata glacie superposuit pedes. z audiuit vocez
lamentabilē. interrogauit q̄d esset. Rūdit. Anima
sum homis xp̄iani z hic crucior igne purgatorij.
Cui dixit episcopus. Cur hic z nō alibi depurareē
ei purgariū. Respondit. Ex speciali gr̄a dei vt no
tificarē meū defectum. z eo citius liberarer. Et sic
eps sanatus legit tricesimum. finito eo dissolueba
tur glacies z liberabak anima. ¶ Secundo xpter
nostram informationē. vt loquik mgr̄ Symon in
passionali de animab⁹. ¶ Tercio xpter cor leuez
punitionē. vt Grego. vidit q̄ aliq̄ in vmbra passe
sunt. ¶ Quarto xpter culpe ppetrationē. Legitur
q̄ hsbyk q̄dam balneū intrans inuenit sibi q̄ndam
sedule seruientem. cui semel apportauit panē bñ
dictum. z dedit ei. Respondit ille. Pater. illi⁹ pa
nis non indigeo. sz orate deum p me. hoc est mihi
summe necessariū. Cui sacerdos. quis es. Respō-
dit. Ego sum anima cuiusdam defuncti. Dixit sa-
cerdos. Quid hic facis. Respondit aia. Hic pec-
cauī. z in hoc loco patior purgatorīū. orate deū p
me. z disparuit. Quod z ille fecit. z vltra nō appa-
ruit in signū q̄ liberata erat. Idcirco. ij. Macha.
xij. habet. Sancta z salubris ē cogitatio p defun-
ctis exorare. ¶ Exemplū legik de quodā milite
q̄ consueuit sp p̄ defunctis orare semel descē-
dit de eq̄ ad orādū p defunctis. sui emuli seq̄bantur
eū. z ipe inuocauit oēs aias z mortui surrexe-
rūt cum instrumētis quib⁹ dū vixerūt vtebant. il-
lū defendētes. z hostes territi fugerūt. ¶ Secūdo

